

**A** benedictione munitur, quam legendi munus inchoet. In capitulis ad Monasticam discipline institutionem factis Aquigrani sub Lud. Pio, Anno DCCC. XVII. etiam istud legitur: Ut Abbas, Præpositus, vel Decanus, quamvis presbyteri non sint, lectoribus benedictiones tribuant. Item; Ut à lectore stando benedictio postuletur. *S. Ista. in reg. Monach. c. 9.* Unus in medio sedens, benedictione accepta, de Scripturis aliquid legat: ceteri vescentes tacebunt, lectiones attentissime audientes; ut sicut illis corporalis cibus refectorem carnis præstat, ita mentes eorum spiritualis reficiat.

*Fortunatus* Pictavorum Episc. de S. Germano Episcopo Parisiensi: Cum venit ad mensam, confestim recitans adfuit minister divina eloquia, ut inter cibi ferula, animi pastus alimento plus saturaretur conviva. *In vita S. Germani c. 79. tom. 3. Suri.*

Episcopis lectio ad mensam valde commendatur à factis Canonibus. *Rhabanus in suo Penitentiali: In Concilio Tolitano, c. 7.* scriptum est, ut ad mensam Episc. scripturæ divinæ legantur, ut reverentia Dei, & sacerdotum, id universa sancta constituit Synodus, ut quia solent crebro mensis oratione fabulæ interponi, in omni sacerdotali convivio scripturarum divinarum lectio miscetur: per hoc enim & animæ adificatur ad bonum, & fabulæ non necessaria prohibentur. *Vide Burckhardum l. 2. c. 169. Joannem p. 6. c. 260. Gratian. dist. 41. c. 11.*

**B** Memorabile est, quod Possidius de S. August. literis prodidit. In ipsa mensa magis lectionem vel disputationem, quam epulationem potationemque diligebat, & contra pestilentiam humanæ consuetudinis in ea ita scriptum habebat: *Quisquis amat dulcis absentium rodere vitam, Hanc mensam vestram noviter esse sibi.*

Et idem omnem convivam à superfluis & noxiis fabulis & detractionibus sese abstinere debere, admonerat. Nam & quodam suis familiarissimos Coepiscopos, illius scripturæ oblitos, & contra eos loquentes tam aperè aliquando reprehendit commotus, ut diceret, aut delendos esse illos de mensa versus, aut fe de media refectioe ad suum cubiculum iurestruere. Quod ego, & alii, qui mensæ interfui-mus, experti sumus. Sed hæc obiter.

**MANICHEORUM BENEDICTIO.**  
Horribilis est benedictio mensæ, qua utebantur olim Manichei, cujus descriptionem ecclesiæ ex S. Cyril. Hierosolymitano. Eos, qui adferunt illis cibos, hilari facie recipientes, pro benedictionibus maledictis infestantur: cum enim ignorans aliquis illis panem adferret, Paululum inquit, extra subsiste, & benedicam tibi: deinde in manus recipientis panem (quemadmodum illi qui ex illis penitentiam egerunt, confessi sunt) Ego te, dicit Manichæus, panis, non feci: Et excretans projicit in altum, & maledicit ei, qui fecit illum. *Hæc S. Cyr. qui Manichæ, in hunc modum affatur: Si odisti cibos, cur hilari facie intraveris illos adferentem? Si danti habes gratiam, cur factorem & opificem omnium blasphemas? Sed audi res quæ mirifica hujus benedictionis, Ego te (inquit Manichæus panem alloquens) non feminavi: seminare feminas te. Ego te non mesui falciibus: metatur metens te. Ego te igne non coxi: coquat qui coxit te. Pulchra sanè gratiarum actio, inquit ironicè S. Cyrill. *Auctor Operis Imperfecti in Homil. 17. an Math.* distinctionem nescio quam necessariam inter sanctificationem & sanctificationem adducit; interim tamen motem benedicendi mensæ disertè adstruit. Aliud est sanctificatio, inquit, aliud, sanctificatio: D sanctificatio enim est, quod alterum sanctificat; sanctificatio autem, alterum sanctificare non potest, quamvis ipsum sit sanctum. Uterque signa panem tuum, quem manducas, sicut ait Paulus: Sanctificatur enim per verbum Dei, & orationem; sanctificasti eum, non fecisti sanctificationem. Quod autem sacerdos de manu sua dat (intelligit Eucharistiam) non solum sanctificatum est, sed etiam sanctificatio est: quoniam hoc non solum datur, quod videtur, sed etiam illud, quod intelligitur, (nempe corpus Christi) De sanctificatio ergo panis licet & animalibus jacere, & infidelibus dare (de eis illis videlicet, que vulgari benedictione mensæ benedicta sunt) quia non sanctificat accipientem. Si autem tale esset, quod de manu Sacerdotis accipitur, quale est, quod in mensa manducatur, omnes de mensa manducarent, & nemo de manu Sacerdotis acciperet. Unde & Dns in via non solum benedixit panem, sed de manu sua dedit Cleopha & locio ejus, *Luc. 24.* Et Paulus navigans non solum benedixit panem, sed de manu sua porrexit Lucæ, & ceteris discipulis suis. Quod autem de manu porrigitur,*

nec animalibus dandum est, nec infidelibus porrigen-dum; E quia non solum sanctificatum, sed etiam sanctificatio est, & sanctificat accipientem. *Hæc Auctor ille.* Quæ non examino, quia accuratius discussa, & penitus inspecta vix subsisterent: nam & aqua benedicta, (in cæteris consecratas taceam) & sanctificatum, & sanctificatio est, prout aperte ex *Epist. Alexand. Papa & Martyris* colligitur, vobis potius prout Alexand. Papa & Martyr disertè asserit; tamen non fit sanctificatio eo excellenti gradu, quo Eucharistia, seu panis Eucharisticus.

*Mos vetus propinandi apud Christianos, nihil est aliud, quam petitio benedictionis.*

Antiquissimus est mos propinandi, Græcis maxime usitatus & frequentatus, ut multis aliatis exemplis demonstrat Reverendiss. Dns Doctor Frider. Fornerus, Proepisc. Bambergensis lib. 3. de Temulentia. c. 16. Ab Ethnicis transiit mos iste ad Christianos, præcipue Germani ad Septentrionis incolas; qui in convivii visum promotione bibunt: imò nisi id faciant, decori non satis memores à protergo judicantur.

Pie tamen olim factum, quod propinandi consuetudine in benedictionem conversa est, nam propinanti alter respon-dere solet: Deus benedicat, sit saluti, proficiat, &c. &c. quæ sunt benedictionis formulæ. Quod Germanica Phra-sis æquè clarum, si non clarius. Nam propinans dicit: *Ich bringes euch.* Respondet alter: *Sott segne es euch:* Hoc est, Deus benedicat vobis hunc potum, eumque salutarem & conducibilem efficiat. Est autem propino idem, quod præbibo: At Germanicum vocabulum pulchrius est; non enim præbitionem, sed oblationem, & ut ita dixerim, illationem denotat. *Ich bringes euch:* Hoc est, offero seu affero vobis istud, scilicet vinum, vel hunc cyathum. Ad quid vero offert aut affert? Liqueat hoc ex alterius responso: Deus benedicat. Offert ergo ad benedictionem; offert, ut bene precetur. Quid autem est bene precari, nisi benedicere? Ne referat, quod jam nonnulli, præsertim Aulici, formulam propinandi immutant, non dicentes: *Ich bringes euch sed: Mein Dienst, vel, Es gilt,* quia alter nihilominus respondet: *Gesegne euch, Sott,* Deus benedicat: nam nimis absonus lucro fuerit, qui dicenti *Es gilt,* respondeat: *Ich alts:* tamen non ignoro, nihil absurditatis à potatorum genio alienum esse, quorum improbitate factum est, ut ista benedictio in maledictionem abjerit; tandiu G enim vinum sibi benedici voluit, donec à ratione dejecti, bestius, quam hominibus, fibrilioris evadant: ut videre fit illud spectaculum, quod describitur à S. Hieron. *in c. 1. epist. ad Titum,* vel alio, quiquis ille fuit: Videas aliquæ pocula in tela vertentes, scyphum in faciem jacere convivæ: alios scilicet vestibus in vulnere aliena procurrere: alios clamare, alios dormitare; qui plus biberit, fortius computurat. Acculationum occasio est, ad juratum per Regem, frequentius non bibisse. Vomunt, ut bibant; bibant, ut vomant. Digestio ventris & guttur, uno occupantur officio.

Ceterum nihil à propinandi consuetudine Christiana magis alienum est, quam ut quis sibi vinum benedici postulet, vel ut alius etiam benedicat, utque ad superfluitatem vel ebrietatem: Quæ enim benedictio in ebrietate inesse potest?

Addamus & hoc: Olim, ut porus magis salutaris & benedictus esset, bibebat & præbibeant sibi mutuo in honorem Angelorum & Sanctorum: cujus moris testem habemus S. Augustinum *Serm. 232. de Tem. & in Miraculis S. Udalrici* quæ incertus Auctor literis mandavit, sepe occurrit mox bibendi pro charitate S. Udalrici, hoc est, in honorem S. U-H daltici. Cujus consuetudinis religio observatio, ut multis multum utilitatis attulit, ita contemptus præsentem Sancti vindictam sensit. Nam Adelhardum quemdam ante portam civitatis Augustana, quidam homo cum aliis bibere rogavit cumque bibere cepissent, quidam ibi manentium, pro Charitate S. Udalrici postulavit eos potum accipere. Præfatus autem Adelhardus sordidum verbum ex ore suo emisit, & poculum rogatæ charitatis accipere renuit: cunq; paululum inde recederet, in planitie viæ, equo suo cadente, crus ejus fractum est, & ita ad suam domum cum labore deduc-tus, longo tempore debilis permansit. Postea vero votum ad sepulchrum S. Udalrici voti, & Deo donante, sanatus est redditus, & deinde Charitatem, quam antea ipsevis, alios frequenter bibere postulavit. *Vide c. 10. 11. 12. & 13.*

Quidam alius cum audiret postulari S. Episcopi Udalrici charitatem; profano ore, quasi inanimato, stultissime locutus est: Quid mihi prodest charitas illius Episcopi? &c. Illo verbo emisso diabolico, colossus, loquelæ hominis amissus, &c.

Verum hæc etiam consuetudo bibendi in honore Sancto-rum,

**A**rum, in abusum tandem migravit, nec tam ad honorem, quam dehonorationem Cælitum tendere cepit, dum multi nominibus Sanctorum quasi illicite utentes, & se & alios nimio potu ingurgitant, ac sepelunt: Ignorantes, inquit *S. Aug. loco citato,* quod nullus tam gravem injuriam sanctis Angelis, vel sanctis hominibus, agnoscitur irrogare, quam illi, qui in eorum nominibus bibendo, per ebrietatem suas animas probantur occidere.

Idem non injuria oxeris de benedictione S. Joan. (*non S. Joan. Segen*) quæ jam jam abiturus offertur, quæ sine dubio, à pietate, & ab observantia in sanctum Apostolum, originem traxit; quia enim traditur, venenum sine ullo damno bibisse, idèd Christiana vetustas hunc haustum, vel potius delibationem vini introduxit, ut meritis Apostoli, quidquid potus sumptum esset, id ad utilitatem animæ ac corporis cederet; & ut hæc benedicta clausula potus intra viscera immisissus quasi obignaretur. Propere haustus S. Joan. (*S. Johannis Erym*) paniculum quiddam continet: bibens enim hoc valedictorum poculum, non tam bibit, quam libat, & (supremis labris vinum tangit. Quæ consuetudo non est damnanda, sed potius laudanda, immanè, quantum etiam haustus iste excrevit, dum non tantum sobrius, sed & etiam ebrius iste excrevit, & importunè etiam ingeritur; nec senel, sed sæpius offertur, & importunè etiam ingeritur; nec senel, sed sæpius, poculis capacibus, quæ funditus exsiccare necesse sit, nisi cum mala gratia abire velis: ut proinde omnem benedictionem ab hoc haustu tam immoderato exulare oporteat.

Volui porro hæc benedictionis formam, quæ in propinando consistit, ad primum benedictionis genus revocare: quandoquidem potus ita benedictus non censetur benedictus, ut vinum, v. g. quod in Festo S. Joan. Evangelistæ solenni ritu benedicitur; quæ enim factum existimatur, & ab ipso etiam Germani vinum consecratur, *ein gebenther edor segnen* verum nominatur; cumque affectu quodam religionis, die, qui sancto Apostolo dicatur est, bibitur, & contra veneficia itidem dolus vinarius infunditur. Quæ estimatio non habetur de vino, quod ad oblationem propinandi benedicitur. Est enim duplex benedictio, quod ad propositum attinet; una cum consecratione quadam & dedicatione rei, cui benedicitur; altera, præcisè est facta

**B** calprecatio, ut id, quod comeditur, vel bibitur, bene veniat, deopulo omni novero. Prioris generis est vinum die S. Joannis benedicti consuetum: posterioris est vinum, quod à novis, etiam Laico, ad petitionem præbentibus benedicitur.

Quantum vero Novatores hujus temporis benedictionibus non admodum delectentur, ab hac tamen, quæ in sym-potibus petitur ac reddunt, minime abhorrent; quam alacritè & petunt, & reddunt; parum memores illius, quod aliqui adversus benedictiones intortuere solent: Nil opus esse, ut res benedicantur, jam omnes à Deo benedictas esse. Si omnes jam antea à Deo benedictæ sunt; ergo & vinum. Cur ergo tu postulas, ut commensalis, aut compatort tuus, novam benedictionem potui superaddat?

*Miracula per Benedictionem edita.*  
Primum sit illud, quod à S. Greg. proditum est, de S. Benedico. Quidam die dum fratres habitacula ejusdem cellæ construerent, lapis in medio jacebat, quem in ædificium levare decreverunt. Cùmque eum duo vel tres movere non possent, plures adjuncti sunt; sed ita immobis mansit, ac si D radicitus in terra teneretur, ut palam daretur intelligi, quod super eum per se antiquus hostis sederet, quem tantorum virorum inanus movere non possent. Difficultate igitur facta, ad virum Dei missum est, ut veniret, & orando hostem repelleret, ut lapidem levare possent. Qui mox venit, & orationem faciens, benedictionem dedit, & tanta lapis celeritate levatus est, ac si nullum præsens pondus habuisset. *S. Greg. lib. 2. Dial. c. 9.*

Alterum suppeditat nobis Vener. Beda de Joan. Episc. Hagustaldensi; qui cum venisset ad Monasterium Virginum, in loco, qui vocatur Yetadum, rogatus est ab Abbatisa, ut Sanctimonialem quandam, cui ex incurfione venæ brachium mirificè intumesceret, visitare, ac benedicere dignaretur: quia crederet eam, ad benedictionem, vel tactum illius, mox melius habituram; &c. Tandem obtinuit, ut ad languentem intraret. Intravit ergo, me secum assumpto, ad virginem, quæ jacebat multo dolore contracta, & brachio in tantum grossefcente, ut nihil profors in cubitu flexionis haberet: & adstans dixit orationem super illam, ac benedicens egres-sus est. Cùmque post hæc hora competente consideremus

ad mensam, adveniens quidam clamavit, me duces foras E & ait: Postulat Coemburus (hoc enim erat nomen Virginis) ut oculus regrediaris ad eam, &c. Quæ cepit mihi dicere, quod ex quo Episc. orationem pro me, completè benedictione, fecit, & egresus est, statim melius habere incipio; est necdum vires pristinas recipi, dolor tamen omnis, & de brachio, ubi ardentior inerat, & de toto meo corpore, velut ipso Episc. exportante, funditus ablati est, tamen tumor adhuc in brachio manere videatur. Abeuntibus autem nobis inde, continuo fugatum dolorem membrorum, fuga quoque tumoris horrendi secuta est, & erepta morti ac doloribus virgo, laudes Dno Salvatore, una cum cæteris, qui ibi erant, servis illius, referebat. *Beda lib. 5. Hist. Angl. c. 3.*

De eodem Episc. Joan. scribit idem *Beda l. 5. c. 5.* rogatum non sine lachrymis à quodam Comite, ut puero suo desperatè agrotanti benedictionem impertiret; se enim credere, quia si illi manum imponere, atque cum benedicere voluisset, statim melius haberet. Intravit ergo illo Episcopo, & vidit eum, mæstis omnibus, jam morti proximum, posuimus quoculum juxta eum, in quo sepeliendus poni deberet, dixitque orationem, ac benedixit eum, & egrediens dixit solito consolationem sermone: Bene convalescat, & cito; cumque post hæc sederet ad mensam, misit puer ad dominum suum rogans sibi poculum vini mittere, quia sitiret. Gavissus ille multum, quod bibere posset, misit ei calicem vini benedictum ab Episcopo. Quem ut bibit, surrexit continuo, & veterno infirmitatis discusso, induit se vestimentis suis, & egresus inde intravit, & salutavit Episcopum, &c.

Idem S. Præsul, Heribaldum, unum ex Clericorum sanctorum numero, lapsu ex equo gravissimè læsum benedictione sua sanavit, ut scribit idem *Vener. Beda lib. 5. Hist. c. 6.*

De S. Theodoro Archimandrita commemorat *Georg. Thom. 2. Suri.* discipulus ejus, tale miraculum. Domitius Patricius, vir clarissimus, domum suam, quæ in Arcadianis est, vitrum sanctum adduxit, ut familia suæ benediceret. Cùmque Irenæ, conjugem suam, feminam pietatis aman-tissimam, adduxisset: Benedic, inquit, Dne, huic conserve meæ, ex qua ego, cum diu simul viveremus, nullos adhibere liberos viscepi; quam obrem in meorè versamur. At vir sanctus, cum ei precibus suis benedixisset, Dei gratia, inquit, hæc tibi filios mares pariet. Adduxit denique familiam univèrsam, & famulos, & ancillas, ut omnibus benediceret: inter quæ ancilla quædam, post omnes sequens, occulum Dæmonium habebat, & magno cum dolore tunc læculo artexerat. Hanc vir verè divinus procul conficiat justit, ut ad fe adduceretur. Er cum illam sinistra manu comprehendisset, egypt dextera manu pedus ejus percuteret, & vexantem Demone-m metepare, ne oculum maneret, sed pateresceret. Statim igitur Dæmon moveri cepit, & tanquam vim patiens, volioferari. At vir sanctus, ea humi projecta, & pede super collo ejus imposito, ad orientem conversus tacitè precabatur, &c. Contigit igitur puella diu, sed cum interim reliquis omnibus benedixisset, ab eo excitata surrexit incolumis, & in omni vita sua sana permansit. Porro Domitii conjux Irenæ, ut vir divinus prædixerat, tres filios peperit, cum statim post ejus benedictionem primum filium concepisset.

S. Cuthbertus Episc. Lindisfarneus, juvenem longæ agri-tudinis acerbitate tabefactum, data benedictione, pristinae fanitatis restituit; ut & infantem peste infectum, cui benedicens osculum deditur ait Ven. Beda. Idem S. Cuthbertus benedictione aquam in vinum mutavit. *Beda in vit. S. Cuth. c. H 32. & 33.* S. August. Doctor & Præsul ille maximus in postrema vita infirmitate infirmum benedecendo sanavit, teste *Beda in vita S. Cuth. c. 38.* Cui per advocatum suum opem imploranti cum S. Aug. dixisset: Si aliquid in his possem, mihi hoc utique primum præstitissem: subjunxit is qui agri ca usam agebat, Te visitare justus sum, siquidem in somnis dictum accepi, Vade ad Augustinum Episc. ut eidem manum imponas, & salvus erit. Quo ille audito, mox agrotanti manum benedicens imposuit, nec mora sanus ad propria remisit.

In vita S. Sabæ, *Tom. 6. Suri.* refert Cyrillus insolentiam quorundam pastorum, qui greges suos pastum agebant in agros Lauræ S. Sabæ ipsiq; Lauræ admodum insolenter mollesci erant; qui cū sæpius moniti & increpiti nõ desisteret, reipsa docentur nõ contemnere mansuetudine, quæ in Deo multa potest. Protinus enim, admirabiliter quidem & præter opinionem, arceatur lac uberibus gregum; intereunt autem nuper geniti fetus pecorum, cum eis esset miserè exclusum nutrimentum. Cum ergo sensissent pastores, se leve pœnas suæ in Sabam

ad mensam, adveniens quidam clamavit, me duces foras E & ait: Postulat Coemburus (hoc enim erat nomen Virginis) ut oculus regrediaris ad eam, &c. Quæ cepit mihi dicere, quod ex quo Episc. orationem pro me, completè benedictione, fecit, & egresus est, statim melius habere incipio; est necdum vires pristinas recipi, dolor tamen omnis, & de brachio, ubi ardentior inerat, & de toto meo corpore, velut ipso Episc. exportante, funditus ablati est, tamen tumor adhuc in brachio manere videatur. Abeuntibus autem nobis inde, continuo fugatum dolorem membrorum, fuga quoque tumoris horrendi secuta est, & erepta morti ac doloribus virgo, laudes Dno Salvatore, una cum cæteris, qui ibi erant, servis illius, referebat. *Beda lib. 5. Hist. Angl. c. 3.*

Idem non injuria oxeris de benedictione S. Joan. (*non S. Joan. Segen*) quæ jam jam abiturus offertur, quæ sine dubio, à pietate, & ab observantia in sanctum Apostolum, originem traxit; quia enim traditur, venenum sine ullo damno bibisse, idèd Christiana vetustas hunc haustum, vel potius delibationem vini introduxit, ut meritis Apostoli, quidquid potus sumptum esset, id ad utilitatem animæ ac corporis cederet; & ut hæc benedicta clausula potus intra viscera immisissus quasi obignaretur. Propere haustus S. Joan. (*S. Johannis Erym*) paniculum quiddam continet: bibens enim hoc valedictorum poculum, non tam bibit, quam libat, & (supremis labris vinum tangit. Quæ consuetudo non est damnanda, sed potius laudanda, immanè, quantum etiam haustus iste excrevit, dum non tantum sobrius, sed & etiam ebrius iste excrevit, & importunè etiam ingeritur; nec senel, sed sæpius offertur, & importunè etiam ingeritur; nec senel, sed sæpius, poculis capacibus, quæ funditus exsiccare necesse sit, nisi cum mala gratia abire velis: ut proinde omnem benedictionem ab hoc haustu tam immoderato exulare oporteat.

Volui porro hæc benedictionis formam, quæ in propinando consistit, ad primum benedictionis genus revocare: quandoquidem potus ita benedictus non censetur benedictus, ut vinum, v. g. quod in Festo S. Joan. Evangelistæ solenni ritu benedicitur; quæ enim factum existimatur, & ab ipso etiam Germani vinum consecratur, *ein gebenther edor segnen* verum nominatur; cumque affectu quodam religionis, die, qui sancto Apostolo dicatur est, bibitur, & contra veneficia itidem dolus vinarius infunditur. Quæ estimatio non habetur de vino, quod ad oblationem propinandi benedicitur. Est enim duplex benedictio, quod ad propositum attinet; una cum consecratione quadam & dedicatione rei, cui benedicitur; altera, præcisè est facta

**B** calprecatio, ut id, quod comeditur, vel bibitur, bene veniat, deopulo omni novero. Prioris generis est vinum die S. Joannis benedicti consuetum: posterioris est vinum, quod à novis, etiam Laico, ad petitionem præbentibus benedicitur.

Quantum vero Novatores hujus temporis benedictionibus non admodum delectentur, ab hac tamen, quæ in sym-potibus petitur ac reddunt, minime abhorrent; quam alacritè & petunt, & reddunt; parum memores illius, quod aliqui adversus benedictiones intortuere solent: Nil opus esse, ut res benedicantur, jam omnes à Deo benedictas esse. Si omnes jam antea à Deo benedictæ sunt; ergo & vinum. Cur ergo tu postulas, ut commensalis, aut compatort tuus, novam benedictionem potui superaddat?

*Miracula per Benedictionem edita.*  
Primum sit illud, quod à S. Greg. proditum est, de S. Benedico. Quidam die dum fratres habitacula ejusdem cellæ construerent, lapis in medio jacebat, quem in ædificium levare decreverunt. Cùmque eum duo vel tres movere non possent, plures adjuncti sunt; sed ita immobis mansit, ac si D radicitus in terra teneretur, ut palam daretur intelligi, quod super eum per se antiquus hostis sederet, quem tantorum virorum inanus movere non possent. Difficultate igitur facta, ad virum Dei missum est, ut veniret, & orando hostem repelleret, ut lapidem levare possent. Qui mox venit, & orationem faciens, benedictionem dedit, & tanta lapis celeritate levatus est, ac si nullum præsens pondus habuisset. *S. Greg. lib. 2. Dial. c. 9.*

Alterum suppeditat nobis Vener. Beda de Joan. Episc. Hagustaldensi; qui cum venisset ad Monasterium Virginum, in loco, qui vocatur Yetadum, rogatus est ab Abbatisa, ut Sanctimonialem quandam, cui ex incurfione venæ brachium mirificè intumesceret, visitare, ac benedicere dignaretur: quia crederet eam, ad benedictionem, vel tactum illius, mox melius habituram; &c. Tandem obtinuit, ut ad languentem intraret. Intravit ergo, me secum assumpto, ad virginem, quæ jacebat multo dolore contracta, & brachio in tantum grossefcente, ut nihil profors in cubitu flexionis haberet: & adstans dixit orationem super illam, ac benedicens egres-sus est. Cùmque post hæc hora competente consideremus

ad mensam, adveniens quidam clamavit, me duces foras E & ait: Postulat Coemburus (hoc enim erat nomen Virginis) ut oculus regrediaris ad eam, &c. Quæ cepit mihi dicere, quod ex quo Episc. orationem pro me, completè benedictione, fecit, & egresus est, statim melius habere incipio; est necdum vires pristinas recipi, dolor tamen omnis, & de brachio, ubi ardentior inerat, & de toto meo corpore, velut ipso Episc. exportante, funditus ablati est, tamen tumor adhuc in brachio manere videatur. Abeuntibus autem nobis inde, continuo fugatum dolorem membrorum, fuga quoque tumoris horrendi secuta est, & erepta morti ac doloribus virgo, laudes Dno Salvatore, una cum cæteris, qui ibi erant, servis illius, referebat. *Beda lib. 5. Hist. Angl. c. 3.*

De eodem Episc. Joan. scribit idem *Beda l. 5. c. 5.* rogatum non sine lachrymis à quodam Comite, ut puero suo desperatè agrotanti benedictionem impertiret; se enim credere, quia si illi manum imponere, atque cum benedicere voluisset, statim melius haberet. Intravit ergo illo Episcopo, & vidit eum, mæstis omnibus, jam morti proximum, posuimus quoculum juxta eum, in quo sepeliendus poni deberet, dixitque orationem, ac benedixit eum, & egrediens dixit solito consolationem sermone: Bene convalescat, & cito; cumque post hæc sederet ad mensam, misit puer ad dominum suum rogans sibi poculum vini mittere, quia sitiret. Gavissus ille multum, quod bibere posset, misit ei calicem vini benedictum ab Episcopo. Quem ut bibit, surrexit continuo, & veterno infirmitatis discusso, induit se vestimentis suis, & egresus inde intravit, & salutavit Episcopum, &c.

Idem S. Præsul, Heribaldum, unum ex Clericorum sanctorum numero, lapsu ex equo gravissimè læsum benedictione sua sanavit, ut scribit idem *Vener. Beda lib. 5. Hist. c. 6.*

De S. Theodoro Archimandrita commemorat *Georg. Thom. 2. Suri.* discipulus ejus, tale miraculum. Domitius Patricius, vir clarissimus, domum suam, quæ in Arcadianis est, vitrum sanctum adduxit, ut familia suæ benediceret. Cùmque Irenæ, conjugem suam, feminam pietatis aman-tissimam, adduxisset: Benedic, inquit, Dne, huic conserve meæ, ex qua ego, cum diu simul viveremus, nullos adhibere liberos viscepi; quam obrem in meorè versamur. At vir sanctus, cum ei precibus suis benedixisset, Dei gratia, inquit, hæc tibi filios mares pariet. Adduxit denique familiam univèrsam, & famulos, & ancillas, ut omnibus benediceret: inter quæ ancilla quædam, post omnes sequens, occulum Dæmonium habebat, & magno cum dolore tunc læculo artexerat. Hanc vir verè divinus procul conficiat justit, ut ad fe adduceretur. Er cum illam sinistra manu comprehendisset, egypt dextera manu pedus ejus percuteret, & vexantem Demone-m metepare, ne oculum maneret, sed pateresceret. Statim igitur Dæmon moveri cepit, & tanquam vim patiens, volioferari. At vir sanctus, ea humi projecta, & pede super collo ejus imposito, ad orientem conversus tacitè precabatur, &c. Contigit igitur puella diu, sed cum interim reliquis omnibus benedixisset, ab eo excitata surrexit incolumis, & in omni vita sua sana permansit. Porro Domitii conjux Irenæ, ut vir divinus prædixerat, tres filios peperit, cum statim post ejus benedictionem primum filium concepisset.

S. Cuthbertus Episc. Lindisfarneus, juvenem longæ agri-tudinis acerbitate tabefactum, data benedictione, pristinae fanitatis restituit; ut & infantem peste infectum, cui benedicens osculum deditur ait Ven. Beda. Idem S. Cuthbertus benedictione aquam in vinum mutavit. *Beda in vit. S. Cuth. c. H 32. & 33.* S. August. Doctor & Præsul ille maximus in postrema vita infirmitate infirmum benedecendo sanavit, teste *Beda in vita S. Cuth. c. 38.* Cui per advocatum suum opem imploranti cum S. Aug. dixisset: Si aliquid in his possem, mihi hoc utique primum præstitissem: subjunxit is qui agri ca usam agebat, Te visitare justus sum, siquidem in somnis dictum accepi, Vade ad Augustinum Episc. ut eidem manum imponas, & salvus erit. Quo ille audito, mox agrotanti manum benedicens imposuit, nec mora sanus ad propria remisit.

In vita S. Sabæ, *Tom. 6. Suri.* refert Cyrillus insolentiam quorundam pastorum, qui greges suos pastum agebant in agros Lauræ S. Sabæ ipsiq; Lauræ admodum insolenter mollesci erant; qui cū sæpius moniti & increpiti nõ desisteret, reipsa docentur nõ contemnere mansuetudine, quæ in Deo multa potest. Protinus enim, admirabiliter quidem & præter opinionem, arceatur lac uberibus gregum; intereunt autem nuper geniti fetus pecorum, cum eis esset miserè exclusum nutrimentum. Cum ergo sensissent pastores, se leve pœnas suæ in Sabam

**A** inobediencia, ad ipsum veniunt, casum miserabiliter desidentes, peccatum suum acriter confitentes, neque se deinceps ingressuros esse viam, quae ducit ad Lauram, constanter affirmantes. Ille autem tam celeri poenitentiae veniam concedit celeritorem, & protinus benedictione solvit calamitatem, & eos liberat à supplicio: nam simul atque ille benedixit, mox soluta sunt uberum pedice, & lac profuse manabat, & agni alebantur & crescebant, & pastoribus in gaudium mutata est tristitia.

Vitam S. Columbae Scoti scripsit *Adaman. itidem Scot. lib. 3. ex Tom. 5. A. L. D. Caniffi.* de quo inter cetera istud commemorat. Quadam die quidam bonae indolis juvenis Lugneus nomine, qui postea senex in Monasterio Insulae Helenae Praepositus erat, ad Sanctum veniens queritur de fluxu sanguinis, qui crebro per multos menses de naribus ejus immoderate profucebat. Quo propius accito Sanctus, ambas ipsius nates binis manus dextrae digitis constringens, benedixit: Ex qua hora benedictionis nunquam sanguis de naso ejus ulque ad extremum distillavit diem.

**B**enedixit idem S. Columba in gratiam egeni cuiusdam veru, quod si in sylva posuisset, semper aut cervum aut aliud sylvaticum animal capiebat: si in mari aut flumine, pisciumprehendendorum certus erat: donec tandem persuasus à stulta muliere veru confregit, metuente insipienter, ne in illud aliquis suorum filiorum incidere. *Idem lib. 1.*

Idem S. Columba maleficium, quo sanguis, instar lactis candidus, intuentium oculis objiciebatur, benedictione dissolvit, ut testatur Adamannus, cujus in tibi verba. Quidam qui maleficus erat, à sancto justus, de bove maculo, qui prope erat, lac arte diabolice expressit. Quod sanctus, non ut illa confirmaret maleficium, sed ut videns verò S. Patricium hoc genus probationis, oravit ad Dñm, & videntibus cunctis, benedixit poculum suum, versifusque liquor in gelu, & converso vase, cecidit guttula illa, quam immiserat Magus. Tunc iterum benedixit poculum suum, conversifusque est liquor in naturam suam. Ibidem recenset Probus, quomodo idem S. Patricius nives magicae operae longè lateque diffusas, per benedictionem disseceat, ac colliquefecerit. Tunc benedicens eo per circuitum torum campum, inquit Probus, dicto citius, absque ulla pluvia, aut nebulis aut vento, evanuit citius.

**C**onvertit idem S. Columba benedictione sua aquam in vinum, cum adhuc Diaconus esset, vinumque ad sacrificium ab Episcopo immolandum decessit.

Idem S. Abbas benedictione sua fructus arboris cuiusdam amaros & noxios in dulces ac salutares mutavit. Res ita ab Adamanno recensetur. Quaedam erat arbor valde portota prope Monasterium Roboris Campi, in australi ejus parte: de qua cum incolae loci quondam haberent pro nimia fructus amaritudine querimoniam, quadam die sanctus ad eam accessit autumnali tempore, videntique lignum in casum abundans habere fructus, qui ex eis gustantes plus læderent, quam delectarent; Sanctus elevata manu benedicens, ait: In nomine Omnipotentis Dei omnis tua amaritudo, & arbor amara, à te recedat, tuaque huc usque amarissima, nunc in dulcissima vertantur poma. Mirum dictu, dicto citius eodemque momento ejusdem arboris omnia poma, amara amaritudine, in miram, secundum verbum sancti, versa sunt dulcedinem. *Idem.*

**D**icitur idem S. Abbas benedictione fontem à Daemonum maleficiis expiavit. Qua de re audiamus Adamannum. Alio in tempore vir beatus cum in Pictorum Provincia per aliquot demoraretur dies, audiens in plebe gentili de aliquo fonte divulgari famam, quem quasi divinum stolidi homines, diabolo eorum obcecante sensu, venerabantur. Nam de eodem fonticulo bibentes, aut in eo manus vel pedes de industria lavantes, demoniaca, Deo permitte, percussu arte, aut leprosi, aut luesci, aut etiam debiles, aut quibuscunque aliis insectati infirmitatibus revertentibus; ob quae omnia seducti gentiles divinum fonti deserebant honorem. Quibus compertis, sanctus alia die interpidus accessit ad fontem. Quod videntes magi, quos ipse saepe confusus, & victos à se repellere, valde gavisi sunt, scilicet putantes, eum similia illius novae tactu aquae passurum. Ille vero imprimis elevata manu sancta, cum invocatione Christi nominis, manus lavat & pedes: tum deinde cum locis de eadem à se benedicta bibit, ex illaque die demones ab eodem receperunt fontem, & non solum nulli nocere permittis est, sed etiam post sancti benedictionem, & in eo lavationem, multae in populo infirmitates per eundem sanatae sunt fontem.

Idem sanctus benedictione sua ferrum quoddam ad vulnera hominibus vel pecoribus inferenda inutile reddidit. Alio tempore, inquit Adamannus, quidam frater ad sanctum eadem scribentem hora veniens, dicit ad eum: Hoc ferrum, quod in manu habeo, quae ferit benedicas. Qui paululum extensa manu facta, cum calamo signans, benedixit; ad librum, de quo scribebat, facie conversa, benedixit: sed supra dicto fratre cum ferro benedictum recedente, sanctus percontatur, dicens: Quod fratri ferrum benedixit Diormicus vix ejus ministrator, Pugnionem, ait, ad jugulandos tauros vel boves benedixisti. Qui contra respondens inquit: Ferrum, quod benedixi, confido in Domino meo, quod nec pecori noceret. Quod sancti firmissimum eadem hora comprobatur, est verbum. Nam idem frater vallum egressus monasterii, bovem jugulare volens, tribus firmis vicibus, & forti impulsione conatus, nec tamen poterat etiam ejus transigere pellem. Quod Monachi scientes experti, ejusdem pugionis ferrum, ignis resolutum calore, per omnia monasterii ferramenta liquefactum dividerunt in lituit, nec postea ullam potuerat carnem vulnerare, illius sancti manente benedictionis fortitudine. *Idem lib. 1.*

**F** De S. Patricio, Hyberni Apосто-lo, *Proh. in ejus vita lib. 1. Tom. 3. Bede.* Vocatus est S. Patricius à Gentibus (Ethnicis) ad vescendum cum eis, ut probarent cum in futuris rebus. At ille per Spiritum intelligens, quae ventura essent, non retinuit ire cum illis. Constantibus ergo omnibus, praedictus Magus Legitimus, &c. sollicitus erat consingere adversus S. Patricium. Qui tamen, ut inirum causae haberet, intruventus alius, immisit aliquid de vase suo in poculum viri Dei, ut probaret, quid faceret. Videns verò S. Patricius hoc genus probationis, oravit ad Dñm, & videntibus cunctis, benedixit poculum suum, versifusque liquor in gelu, & converso vase, cecidit guttula illa, quam immiserat Magus. Tunc iterum benedixit poculum suum, conversifusque est liquor in naturam suam. Ibidem recenset Probus, quomodo idem S. Patricius nives magicae operae longè lateque diffusas, per benedictionem disseceat, ac colliquefecerit. Tunc benedicens eo per circuitum torum campum, inquit Probus, dicto citius, absque ulla pluvia, aut nebulis aut vento, evanuit citius.

**G**enerat idem S. Columba benedictione sua aquam in vinum, cum adhuc Diaconus esset, vinumque ad sacrificium ab Episcopo immolandum decessit.

Idem S. Abbas benedictione sua fructus arboris cuiusdam amaros & noxios in dulces ac salutares mutavit. Res ita ab Adamanno recensetur. Quaedam erat arbor valde portota prope Monasterium Roboris Campi, in australi ejus parte: de qua cum incolae loci quondam haberent pro nimia fructus amaritudine querimoniam, quadam die sanctus ad eam accessit autumnali tempore, videntique lignum in casum abundans habere fructus, qui ex eis gustantes plus læderent, quam delectarent; Sanctus elevata manu benedicens, ait: In nomine Omnipotentis Dei omnis tua amaritudo, & arbor amara, à te recedat, tuaque huc usque amarissima, nunc in dulcissima vertantur poma. Mirum dictu, dicto citius eodemque momento ejusdem arboris omnia poma, amara amaritudine, in miram, secundum verbum sancti, versa sunt dulcedinem. *Idem.*

**H**oc idem S. Abbas benedictione fontem à Daemonum maleficiis expiavit. Qua de re audiamus Adamannum. Alio in tempore vir beatus, cum in Sicilia insula aliquantus demoraretur diebus, paulò longius solus orationis intuitu, separatus à fratribus, sylvam ingressus densam, mirae magnitudinis aprum, quem forte venatici canes persequerantur, obvium habuit. Quo viso eminus, Sanctus apiciens eum, restitit: tum deinde, invocato Dei nomine, sancta elevata manu cum intenta dicit ad eum oratione; Ulterius huc procedere nolis; in eo loco, ad quem nunc devenisti, morere. Quo sancti in Syvis resonante verbo, non solum ultra accedere non valuit, sed ante faciem ipsius terribilis ferus, verbi ejus virtute mortificatus, citò corruit. *Idem lib. 3. cap. 8.*

Gildas Sapiens benedictione mutavit aquam in vinum, ut in ejus vita legitur, quae *Biblioth. Floriacensis* inserta est, pag. 441. Similia miracula prodita sunt à Philip. Ferrario in Catalogo Sanctorum Italiae, de S. Zita virgine, de S. Ubaldeca virgine

**A** virgine Pisana, de Brunone Episcopo, de S. Alberto Derthonensi, de S. Homobono, & de S. Maclovio, *tom. 6. Sarii.*

Audiam mirabile est, quod de S. Coengino Hiberno memorat Scriptor rerum ab ipso gestarum, qui in Bibliotheca Ingolstadtensi existat manuscriptus: Praedictus puer (sermo fuerat de filio eujusdam Reguli aegrotante, quem in studio pietatis S. Coenginus informabat) cum poma desideraret, S. Coenginus arborem falcis benedixit, quae usque in praesentem diem poma genere solet. Hæc ille, Salicis hujus per benedictionem pomiferae mentio est in vita S. Laurentii Episcopi Dublinensis, cum enim Auctor *cap. 16. de scriptis* situm loci, in quem olim S. Coenginus secedere consuevit, & ad quem subinde ipse etiam S. Laurentius se recipiebat; subiungit: Nec sine fontis dulcedine locus est; nam ex eadem rupe rivulus sonor, &c. erumpit, apud quem rivulum etiam laxa mirifica reperitur, poma ferens ulque ad hyemale S. Martini festum, crudissima, ut vix à quoquam rum possint degustari: appropinquante autem Nativitate Domini, caelestiter maturefcunt, solis infimis pro medicinali remedio reservanda.

**B**erno Abbas de S. Uldarico Praefule Augustano: Propter ipsius merita, plurima infirmis praestantur beneficia, & maxime, qui caduco gravabantur morbo, per ejus benedictionem à tanto liberabantur incommodo. Quod ita humilitatem causa fudit occultare, ut si forte aliqui illorum hanc sanitaris gratiam palam postulerant, bonum benedictionis (subtraheret, hoc magis afferens Apostolicæ dignitatis, quam suae congruere parviti. *Bern. in vita S. Uldar. cap. 17.*

S. Brigida Virgo Scotica aquam in cervisiam benedictione mutavit; ut & lapidem in salem. Eadem aprum benedictione cicuravit. *Contigiosus in vita S. Brigide, tom. 5.*

S. Edmundus Cantuariensis Archiepiscopus, quendam magni nominis virum è genu laborantem benedictione data curavit. *tom. 6. Sarii.*

Quid, quod ipsam verbum *Benedicite* pronunciatum, Demoni insulsi irritos reddidit? Cuidam Femina propter Christum incluse, inquit *Cesar. lib. 5. cap. 46.* ita insectus fuit Diabolo, ut etiam lectum illius violenter, & impudenter ascenderet; à quo cum nullo posset remedio spiritali liberari, non oratione, non confessione, non signo Crucis, diaboli importunitate, propriamque vexationem cuidam viro religioso conquesta est. Cui ille tale consilium dedit: Cum tibi, inquit, propius accesserit, dicas, *Benedicite*. Quod cum illa fecisset, malignus spiritus, quasi turbine impulsus, se in salus dedit, nec ulterius ad illam accedere ausus fuit.

Vides nunc, subdit *Cesar. cap. 47.* qualiter Deus omnipotens contra diversas Daemonum insestationes diversas creaverit medicinas. Alios à nobis compescit antidoto confessionis; alios verbo Domine annunciationis; quosdam per verbum *Benedicite*; multos per signum Crucis.

Finiam hæc commemorabili ad omnem posteritatem benedictionis exemplo, quam Hibernia à S. Patricio accepit, ejectione inde baculo suo omnibus venenatis reptilibus, eaque gratia regioni imperata, ut ne tolleret quidem ejusmodi animalia, etiam aliunde illata: ut omnia ferme, quae insula illa progignit, non inefficax antidoto adversus venena præbeant. Rem hanc explicabo verbis *Giraldi Cambrensis Diss. 1. c. 23.* ex Topographia Hiberniæ desumptis: & quamvis ipse dubitet, unde hæc felicitas Hiberniæ provenit, num à Patricio, an vero ab innata caeli temperie, & oculo quodam insulae genitro, & insita naturali antipathia, hujusmodi veneniferis animalibus profus adversa; nos tamen ipsum philosophari, ne dicam fatuari, sinemus, nobisque id, quod tota Hibernia orthodoxa semper sibi persuasit, pariter persuademus, nempe gratiam hanc ex S. Patricio fonte manasse: non enim audiendi sunt, qui ut Sanctorum honorem ac gloriam detraunt, ea, quae ipsi tanquam supra naturæ vires gesta, attribuantur ad naturæ arcanam quandam energiam revocant, vel autem revoce conantur. Jam Giraldo mira profus memorantis antres præbeamus.

Inter omnia vermium genera, solis non nocivis Hibernia gaudet; venenosus enim omnibus caret. Caret serpentibus, & colubris; caret bufonibus, & ranis; caret tortuus & scorpionibus, caret & draconibus. Habet tamen araneas, habet sanguisugas, habet & lacertas, sed & protius innocuas. Undè fatis historice, fatique faceret dici vel etiam scribi potest: Ranae in Gallia & Italia clamoræ & garulæ; in Britannia muta; in Hibernia nullæ. Quadam verò, sigmento satis favorabili, conjeçant, sanctum Patricium, alioque terræ sanctos, pestiferis cunctis insulam purgasse. Sed probabilior

asserit historia, à primis temporibus, longèque antecorrem E. fidei revelatae gratiam, sicut aliarum quarundam rerum, sic & istarum, naturali quodam defectu, semper insulam destitutam fuisse.

Nec mihi mirandum videtur, quod venenosis istorum, sicut alia piscium aviumque, & ferarum quarundam naturalium defectum terra patitur. Sed hoc stupore dignum occurrit, quod nihil venenosum aliunde advectum nunquam continere vel potuit vel potest. Legitur namque in antiquis terræ istius Sanctorum scriptis, quod aliquoties, experienti gratia, serpentes in ollis zincis delati sunt: Sed quam citò medium maris Hibernici cursum transmeaverant, exanimis & mortui reperti sunt. Toxicum quoque similiter allatum, mediis in fluctibus innata malitia benignior aura privavit. De his autem Beda scribit, in hunc modum de Hibernia loquens: Nullum ibi reptile videri solet, nullus vivere serpens valeat. Nam sepe illò de Britannia alati serpentes, mox ut, proximante terris navigio, odore aeris illius afflati fuerint, intereant. Quin potius omnia penè de eadem insula sunt, quae contra venena valent.

**F**Scrutatores tamen Oceani mercatores, afferentes adivimus, quod cum naves in portu Hibernico aliquoties exonerassent, Bufones casu illatos in fundo navium invenerunt, quos dum vivos in terram projecissent, statim verso ventre, videtibus & admirantibus multis, mediis creperunt & interierunt. Constat igitur, quod vel Scotorum meritis, (sicut vulgata per orbem asserit opinio) five ex aëris nova quidem & inaudita, benignissima tamen elementa, five ex terræ ipsius vi quadam occulta, & venenis inimica nec animal venenosum hic subsistere potest, & venenum quodlibet aliunde advectum, omnem malignitatis efficaciam profus amittit.

In tantum liquidem terra hæc inimica veneno est, ut allarum regionum seu viridaria, seu quælibet alia loca pulvere ipsius aspergantur, venenosos abinde vermes procul exterminet.

Corrigia quoque terræ istius non adulterina, sed vera, & de cortis animalium, quæ hic nara sunt, facta, contra bufonem serpentumque morsus, in aqua, rase, & pota, efficac remedium ferre solet. Vidi oculis meis corrigiam hujusmodi strictam & ardam bufoni circulariter, periculi causa, circumpositam, ad quam pervenientes & transire volens, statim tanquam processus capite retrociderit, partem que ad oppositos se transferens, & corrigiam undique inventam tanquam pestem quandam fugiens, in medio tandem circuli spatio tertam simosam subito pedibus effosam multis intuentibus subintravit.

Quinimò, omnia penè quæ de eadem insula sunt, iuxta Bedæ assertionem, contra venena valent. Afferit enim he vidisse, quibusdam à serpentibus percussis, rasa folia codicum, qui de Hibernia fuerant, & ipsam rasuram aquam immixtam protinus totam vim veneni grassantis, totum inflatus corpore absumpsisse ac sedasse tumorem.

Contigit autem nostris diebus in Borealiibus Angliæ finibus, juvenis os dormientis colubrum intrasse, & per guttur apertum in ventrem descendisse. Qui male suum in contentu remunerans hospitem, ejus intestina rodere dentibus & lacerare non cessavit, adeo ut juvenis ille tantis angustis torqueretur, quod morte mori mallet, quam vitam dicere mortis. Post cibum tamen sumptum aliquam quietem reipede temporis alterius habebat: antè verò penitus nullam. **H** Cum autem loca Sanctorum Dei per Angliam lustraret diu & incassum; tandem sanctorum consilio in Hiberniam transvectus, statim aquis terræ illius salubriter haustus, & cibarius sumptis, lethalem hostem lethaliore extinditum per inf. riora transmisit, & lætus sanitate resumpta reparavit. *Hæc Girald. in Topogr. Hiber. diss. 3. c. 34.* qui & de Baculo, quo S. Patricius venenifera animalia ex Insula expulisse fertur, ista literis prodidit: Inter universos Hiberniæ baculos, lignæque naturæ sanctorum Reliquias, virtuosus ille & famosus (quem baculum Jesu vocant) non immerito præcipuus & primus esse videtur. Per quem, vulgari opinione, S. Patricius venenosos ab Insula vermes eiecit: cujus liquidem tam incertus est ortus, quam certissima virtus.

De eodem S. Bern. in *vita S. Malachie*: Nigellus (invalor Episcopus) videns sibi imminere fugam, tulit fecum insignia quaedam sedis illius, textum scilicet Evangeliorum, qui fuit B. Patrici, baculumque auro reatum, & gemmis pretiosissimis adornatum, quem nominant baculum Jesu, eò quod ipse Dominus, ut fert opinio, cum

Acum suis manibus tenuerit, atque formaverit. *Hec S. Bern.*

Ejusdem baculi fit mentio in manuscripta quadam S. Patricii vita, ubi dicitur, ab ipso Domino & Salvatore nostro gestum, & per servum suum Amatorem (cujus meminit Baronius in adnotationibus Martyrologii Romani, ad diem 17. Martii, & vita S. Patricii typis excusa tom. 3. Bedæ) Patricio munere transmissum.

Nec iste tantum baculus, sed & aliorum Divorum populis illis in magna veneratione semper sunt habiti. Hoc etiam non prætereundum puto, inquit Giralduus, quod campanas bajulas, baculosque sanctorum in superiore parte recurvos, auro & argento, vel ære coniectos, in magna reverentia tam Hiberniæ & Scotiæ, quam & Galliæ populus & Clerus habere solent; ita ut sacramenta super hæc longè magis, quam super Evangelia, & præstare vereantur, & pejerare. Ex vi enim quadam occulta is quasi divinitus insita, nec non & vindicta (cujus præcipue facti illi appetibiles videntur) plerumque puniunt contemptores, & graviter animadvertunt in transgressores. *Girald. loc. cit.*

Potè quod inventu B. Patricii Hiberni divinitus concessum est, idem etiam obtigit Melitenibus, B. Pauli meritis; nam ex quo videri sanctam illam manum invadere ausa fuit, omnia animantia venenifera venenum innoxium in illa Insula habent. Et hoc non accidere ex naturali regionis constitutione, sed B. Pauli meritis, inde liquidum fit, quia incolæ illius Insulæ, cum vidissent viperam ex manu S. Pauli pendentem, existimant, eum jam jam in timore conversum, animam exhalaturum. Qua sua opinione & expectatione cum falsi fuissent, Deum esse existimant. Signum igitur est, viperam prius in Melita, ut & alibi, mortiferum morsum fuisse; neque mutatione viperæ, & aliorum, alteri, quam S. Paulo, adscribi debere. Ex cuius specu, in quo trimeltri habitasse fertur, non Melitenses tantum, sed & advenæ lapillos cedunt, ad scorpionum & anguini exitialis virus ab humanis corporibus profligandum, ut ait *Thom. Fazellus prioris Decadis de rebus Siculis, lib. 1.* Quamvis autem alia etiam terra, nominatim Gaulus Insula, non procul Melita distans, venenifera animalia vel non progignant, vel aliunde illata mox interficiant, quod & de Ebuso non longe à Balearibus distita proditum est; attamen, quod uni solo naturale est, id alicui alteri cælitus per merita sancti cujuscumque obtigisse, nihil à fide alienum continet. Quapropter licet particula terre ex Ebuso aut Gaulo in Colubrariam Insulam, serpentium feracem, aut aliò illatæ & allatæ, isdem exitum adferant, non rectè tamen colliges, id quod uni terræ à natura concessum est, id alteri similiter à natura, non à miraculo alicujus sancti obtigisse. Certè pulvis pavimenti circa sepulchrum S. Remigii hoc à natura insitum non habuit, ut serpentes fugaret. Et tamen fugavit. *Elodoard. lib. 1. histor. Rhenensis*, de quadam Colono villæ Rhenensis Episcopi, qui secus amnem Sarum loco lutofo manebat, & in suis habitaculis à serpentibus molestiam magnam sustinebat; hic ergo accipiens pulverem, quem secum ab Ecclesiæ (S. Remigii) pavimento collectum detulerat, per habitacula sua resperxit; & cætera; ac postea serpens in isdem locis non apparuit. Comperit quoque traditur, quòd in omnibus Ecclesiis B. Remigii circumjacentibus atris, vel cœmiteris, coluber nunquàm soleat inveniri. Sed & si delatus huc aliquo modo fuerit, nullatenus hic vivere possit. *Hec Elodoardus.*

BENEDICTIO RES MULTIPLICATÆ.

Illustrè hujus rei exemplum suppeditat nobis S. Hilarion, literis mandatum non ab aliquo ex trivio, sed à S. Hieron. in vita S. Hilarion. qui isthæc. Alio anno, cum S. Hilarion exiturus esset ad videnda Monasteria, & digereret in schedula, apud quos manere, quos in transitu visitare deberet, scientes Monachi quendam de fratribus patriciorem, simulque cupientes, vitio ejus mederi, rogabant, ut apud eum maneret. Et ille, Quia, inquit, vultis & vobis injuriam, & fratri vexationem facere. Quod postquam frater ille parvus audivit, e tubur, & annitentibus cunctis, vix ab invito impetavit, ut suum quoque Monasterium in mansionum ordine poneret. Post diem ergo decimum venerat ad eum, custodibus jam in vinea, qua venient illi, dispositis, qui cum lapidibus & glæbarum facta, fundæque vertigine, accedentes deterrent: sine esu vine manè omnes profecti sunt, ridente sene, & diffimulante scire, quod venerat. Potè suscepti ab alio Monacho, cui Sabas vocabulum est, (debemus quippe parci tacere vocabulum, largi dicere) quia Dominicus erat dies, invitabantur ab eo universi in vineam, ut ante horam cibi,

varum pastu laborum viæ subleventur. Et sanctus, Male dicitur, ait, qui prius refectorem corporis, quam animæ, que fieri. Oremus, pfallamus, reddamus Deo officium, & sic ad vineam properabitis. Completo itaque ministerio, in sublimi stans benedixit vineæ, & suas ad patendum dimisit oves. Erant autem, qui vellebantur, non minus tribus millibus. Cumque centum lagenis asstimata fuisset integra adhuc vinea: post dies viginti, trecentas fecit. Potè ille parvus frater multò minus solito colligans, etiam id, quod habuerat, verum in acetum, serò doluit.

Vides hic, quid sanctorum virorum benedictio valet. Nec mirum est enim benedictio opus ipsius Dei, quam per homines, tanquam per suos administratos, impertitur. Benedictionis autem divinæ proprium est multiplicare. Et benedixit (Israelitis) ait B. David; & multiplicati sunt nimis, & jumenta eorum non minoravit. En effectum benedictionis, multiplicationem scilicet, & quidem valde luculentam & eximiam.

Non est silentium, quod Adamann. Scot. lib. 2. de vita S. Columbae, memoriæ prodidit de S. Columba: Alio tempore vir beatus quadam nocte cum apud Columbanum, tunc temporis inopem, bene hospitaret, mane primo, Sanctus de quantitate & qualitate substantiæ plebejum hospitum interrogat. Qui interrogatus, Quinque tantummodo, ait, vacuulas habeo, quæ, si eas benedixeris, in majus crecescant. Quas illic à sancto ipsius adduxit, & hujus Columbanus baculas quinales æqualiter benedicens, inquit: Centenas & quinque, Deo donante, habebis, vaccas, & erit in filiis & nepotibus tuis florida benedictio. Quæ omnia juxta sancti viri prophetationem in agnis & pecoribus ejus, & pro fe, plenissime adimpleta sunt, mirumque in modum creverunt à benedictione supra memorato viro in centenario & quinario expletus numero, nullo modo superaddi potuit: nam illa quæ supra præfixit numerum excedebat, diversis præcepta casibus, nupiam comparatur; excepto eo, quod aut in usus proprios familie, aut in opus elemosynæ expendi poterat. In hac itaque narratione, miraculum & prophetia simul aptè ostenditur: nam in magna vacuorum ampliatione benedictionis pariter & orationis virtus apparet, & in præfixione numeri prophetalis præsentia.

Idem Adamannus de eodem S. Columba: Alio tempore quidam juvenis, Columbanus nomine, cum ad janua tu- gretiolii subitò perveniret, restitit, in quo vir beatus scirebat, hic idem post vacuorum reveris multationem, in dorso portans vasculum novo plenum lacte, dicens ad Sanctum, ut juxta morem tale benediceret onus. Sanctus cum ex adverso eminus in aere signum manu elavata salutæ depinxit. Quod illic valde concussum est, gergennaque operculi per sua bina foramina retrusa longius projecta est. Operculum terra tenus cecidit; lac ex majore mensura in solum desulum est. Juvenulus vas cum parvo, quod remanserat lactis, super fundum in terra deponit, genua flectit suppliciter. Ad quem, Surge, ait, Columba, hodie in tua operatione negligenter egisti. Demone enim in fundo vacui latitantem vasculi, impresso Dominicæ Crucis signo, ante infusionem lactis non effugasti; cujus videlicet signi nunc virtutem non sustinens, tremefactus, toto pariter turbato vase, voleo iterum lactis effusione auferat. Hoc ergo ad me vasculum, ut illud benedicam, approxima. Quo facto sanctus femivacuum benedixerat vas, eodemque momento divinitus repletum reperit est, parumque quod prius in fundo remanserat vas, sub sanctæ manus benedictione usque ad summum citius excreverat. *Idem lib. 2.*

Parisiis diventerat S. Eligius Episcopus. Noviomensis ad ædes cuiusdam, qui eide paxillo vino, quod adhuc in dolio sitpererat, haustum obtulit; quem vir sanctus non respuit, sed ut gratiam referret, totam ejus domum benedixit. Altera die vir ille ingressus in Cellarium, cernit vas omnino plenum. Obstupescit igitur ad rei novitatem: sed mox recordatus sanctitatis Eligii, ocyis se confert ad eum; indicat, quid beneficii sibi propter eum Dominus contulerit: oratque virum sanctum, ut veniat fecum, & benedictionem impertiat vino illi, & utendum ex vale proferat. Quod nifi faciat, protestatur se ne unam quidem guttam ejus vini unquam hausurum. Cujus desiderio S. Eligius tandem satisfecit. *In Vita S. Eligii, tom. 6. S. viii.*

Exempli illustre de panibus benedictione auctis, invenies in vita B. Jordanis Saxonis Dominiciani, tom. 7. S. viii, p. 105. Benedictione sita oleum auxit S. Severinus, de quo hæc *Engippius Abbas in ejus vita, c. 38.* Vir Dei quadam die cunctos pauperes in una Basilica statuit cõgregari, oleum, prout

A possebat ratio, largiturus; quam speciem in illis locis difficillimam, negotiatorum deferebat advectio. Igitur, tanquam benedictionis accipiente gratia, major egenorum turba confluit; pretiosum quippe ibidem hujus liquoris alimentum auxit turbam, numerumque poscentium. Tunc beatus oratione completa, signoque Crucis expresso, solum sibi scripturæ sacræ (sermonem exprimitur, ait) *Sit nomen Domini benedictum.* Tunc cepit oleum propria manu ministris imple potantibus, imitatus servus fidelis Dominum suum, qui non ministrari venerat, sed potius ministrare; lequenique vestigia Salvatoris, gaudebat augeri materiam, quam officio dextera, sinistra nesciente, fundebat. Complectis itaque vasculis pauperum, nihil minuebatur in manibus ministrantium. Tantum igitur Dei beneficium dum circumstantes tacite mirarentur, vinus eorum, cui nomen erat Bien-nius, magno timore perterritus, exclamavit, dicens: Domine mi, crevit hic cacabus olei, & in modum fontis exundat. Sic liquor ille gratissimus prodita virtute substractus est. Cui statim Christi famulus exclamans, ait: Quid fecisti frater? Obstupescit commodum plurimum: ignoscit tibi Dominus Jesus Christus. *Hæc Engippius.* Qui alibi quoque ostendit, S. Severino familiarè fuisse in sermonibus hunc ex Psalmi versiculum: *Sit nomen Domini benedictum.*

Nec prætereundum hic est S. Martinus Episcopus Turonensis, de quo *Sulpic. Dial. 3.* Parum illud est, quod nuper Harpagio Presbytero referente cognovi, sed non prætermittendum videtur, Avitianis Comitis uxorem misisse Martino oleum, quod ad diversas morborum causas necessarium (sicut est coniectatum) benediceret. Ampullulam vitream istiusmodi fuisse, ut rotunda in ventrem crederet: ore producto, sed oris extantibus concavum non repletum, quia ita moris sit, vascula illa compleri, ut pars umbonibus obtinendis libera relinquatur. Testabatur Presbyter, vidisse se oleum sub Martini benedictione crevisse, quoad exundante copia supernè deflueret, eandemque, dum ad matrem familias vasculum referretur, servasse virtutem. Nam inter manus portantis perierat semper exundante oleum, ut omne illius vestimentum copia superflui liquoris operiret. Matronam itaque ad summum labrum plenum vasculum recepisse, ut Presbyter hodie fatetur, oblendi pessimi, quo claudi diligentius servanda conservaverat, in vitro illo spartum non fuisse.

In hac relatione observata, oleum à sanctis viris benedictum, etiam domi ad diversos effectus relevatum fuisse, ut semper in promptu esset, quoties utendi necessitas occurreret.

Ibidem subiungitur hoc miraculum. Vas vitreum cum oleo, quod Martinus benedixerat, in fenestra paulum editore deposuit. Puer familiaris incautus lintheum superpositum, ampullam ibi esse ignarus, attraxit, vas super contritam marmorè pavimentum decidit: cunctis metu exterritis, ne benedictio deperisset, ampulla perinde incolumis est recepta, ac si super plumas mollissimas decidisset. Quæ res non parvis ad casum, quam ad Martini edit referenda virtutem, cujus benedictio perire non potuit.

Vini per benedictionem mirum in modum aucti mirabile exemplum suppeditat nobis Bonifacius Ferentinæ Civitatis Episcopus, quod S. Gregorius in suis Dialogis retulit; cujus incrementi varia testimonia occurrunt apud Philippum Ferrarium in Catalogo Sanctorum Italia; nam S. Maximilianus Episcopus benedictione modicum vini ad eum auxit, ut & ipsi, & lociis, & 29. nautis in longa navigatione D. successerit. S. Vincentius, Ordinis B. Dominici, paucos panes benedictione ita multiplicavit, ut duo millia hominum inde satiarentur. Parum accensit vini in optimum & planè generosum convertit; undè aliquot millia sitim levarunt. Paxillum vini, cui benedictionem suam impertierat, sex millibus hominum uberem largumque potum præbuit. Hospiti, apud quem diversabatur, vicis reponende causa, farinam vinumque memorando incremento convolvit. S. Germanus Episcopus Antiochenus quinque panes, & totidem mensuras vini, benedicens usque ad eum multiplicavit, ut reficiendis 700. & pluribus convivis satis fuerint. S. Vilibordus benedictione sua bis exiguum vini copiosius effecit. Cum S. Alferius non haberet, nisi quidem ova, septem hospitibus apponenda, benedictione obtinuit, ut ad septenarium numerum perveniret. *S. viii, tom. 4. & 6.*

Quia verò sæpius Adamannum veterem Scotum, hoc est, Hibernum, testem laudavimus, non abs re erit commemorare Elogia à Venerabili Beda in ipsum collata, ne quis antiquitatis ignarus, aliquem de trivio fuisse opinetur. Ita ergo Beda: Erat Adamannus vir bonus, sapiens, scientia scripu-

rarum nobilissimè instructus, unitatis & pacis studiosissimus, Christi famulus, ad vitam raprus æternam. *Alibi:* Adamannus sanctus ac dignus Deo sacerdos Columbiensis (ita Monachi, discipuli & posteri S. Columbae appellabatur) egregius, miram in modum & verbis prudentiam, humilitatem, religionem ostendens, &c. Et in *libello de locis sanctis in peroratione:* Eruditissimus in scripturis Presbyter Adamannus, vir venerabilis, scriptor pulcherrimæ historici, de locis nimirum sanctis, ex ore Anatholi Episcopi Galliani. *Bedalib. 5. hist. c. 5.*

\*DE BENEDICTIOE, UT EST CONSECRATIO ET DEDICATIO, SEU SANCTIFICATIO.

Ex *lucubratiombus ejusdem Jacobi GRETZERI, Soc. Jesu. Quenam in Ecclesia Catholica benedicti, hoc est, consecrati solent?*

Benedictio, ut consecrationem denotat, duplex est: altera publica & solemnis, quæ certa verborum formula peragitur; altera privata, qua viri sanctimonia vitæ pollescentes tunc consecrant, nulla certa verborum formula, interdum solo sacrosanctæ Crucis signaculo adhibito: cujus benedictionis capaces sunt tam homines, quam res sensu & ratione carentes: Nam Ordinationis Ministrorum Ecclesiæ, ut Papæ Episcopi, Sacerdotes, Diaconi, Subdiaconi, & eorum, qui his gradu inferiores sunt, nihil aliud sunt, quam benedictiones, quibus tales consecrantur, & divino cultui penitus addicuntur. In Ritualibus insuper libris invenies Benedictionem Abbatis absolute: Benedictionem Abbatis auctoritate Apostolica: Benedictionem Abbatis auctoritate Ordinarii: Benedictionem Abbatis: Benedictionem & consecrationem Virginum: Benedictionem & Coronationem Imperatoris, Regis, Reginae, novi Militis. Quæ benedictiones à solis Episcopis conferuntur; & benedictio seu coronatio Regis Romani in Imperatorem, à solo Pontifice Maximo. *Vide Pontificale Romanum, Clem. VIII. auctoritate editum.*

Ex rebus sensu & ratione destitutis benedicuntur & consecrantur primus lapis pro Ecclesiæ ædificio, & ipse fundus ad hoc ædificium destinatus: Tempus, Altaria, Cœmeteria, calices, patene, vestes sacerdotales, quibus divinum officium peragitur, mappa & lineæ altaris, Corporalia, Crux nova, Crux pectoralis. Imagines Deiparæ, Imagines aliorum Sanctorum. Pyxis seu Ciborium, in quo Eucharistia asservatur. Theca pro factis Reliquiis, Campanæ, Arma, Ensis. Vexillum militare, Christina, oleum pro infirmis. Horum quorundam benedictio ex jure & more, Episcopis, aut etiam eorum commissione etiam aliis competit. Quæ de causa ipsi extant Pontificali formulæ harum benedictionum insertæ sunt.

Mos etiam Ecclesiasticus habet, ut alia benedicantur, ac consecrentur: in primis esculentæ & poculenta. Quare in Missali Romano extant benedictiones Agni Paschalis, ovorum, panis, novorum fructuum: formulæ generalis ad quodcunque esculentum: Benedictio Candelarum, & cereorum die Purificationis: Cerei Paschalis: Benedictio loci, nove domus, thalami, nove navis, aquæ, salis, palmarum, cinerum. Frequenter etiam in Historiis occurrunt benedictio olei. His adde benedictiones, Rosæ, Rosarium, Medialiorum seu Niumismatum, & Icuncularum, quas Agnos Dei vocamus, quæ à summo Pontifice benedici solent. De quibus sigillatim agere, infinitum fuerit. Itaque non omnium, sed tantum quarundam rerum inanimatarum benedictiones persequemur, exoritur à benedictione aquæ.

BENEDICTIO AQUÆ.

*Quotplex sit, & quis benedictissima hujus Auctor.*

Ab Aqua, tanquam à re vulgatissima, auspicabimur. Potest autem duplex aquæ benedictio constitui: & idem dicendum de plerisque aliis rebus, ut de oleo, pane, sale, fructibus, & id genus aliis, quæ benedicendo sanctificari solent. Altera solemnis & publica, quæ fit ab Ecclesiæ ministro ad id deputato, certo ritu, certaque verborum forma: altera privata, quæ fit privato quasi nomine per signaculum Crucis, aut per piam aliquam precem, conceptam, prout benedictioni libuerit: quo pacto viri sancti sæpè aquam, oleum, panem, vinum, & similia benedixerunt.

Solemnes aquæ benedictiones varie sunt in Ecclesiæ: benedicuntur enim sal & aqua ad benedictionem & positionem primarj lapidis pro Ecclesiæ ædificanda. Secundo, pro Ecclesiæ, sacelli, altaris, cœmeterij & campanarum dedicatione & consecratione. Tertio, pro Ecclesiæ vel cœmeterij reconciliatione; quarum benedictionum formulæ in libris Ritualibus, nominatim in Pontificali Romano, quod ante aliquot annos jussu Clem. VIII. recognitum est, inveniuntur.

Quarto,

A Quare, benedicuntur aqua baptismatis, idque bis in Latina Ecclesia, nimirum in vigiliis Pasche & Pentecostes, cuius ritum Rituales libri exhibent. Quinto, benedicuntur in Latina Ecclesia singulis diebus Dominicis sal & aqua, ut inde populus, & alia aspergantur, utque ab ipsis etiam fidelibus, in vasculis mundis, domum deportari, & religiose usurpari possit. Hæc videntur primariæ benedictiones aquæ, quas Rom. Eccl. præcipue frequentat.

Sed quis earum Auctor? Ego hic ad regul. D. Aug. confugio, l. 2. de baptis. cont. Donatistas. Quod universa tenet Ecclesia, nec Concilium institutum, sed semper retentum est, non nisi auctoritate Apostolica traditum rectissime creditur. At faltem benedictiones aquæ baptismatis, & ejus, quæ fit populi aspergendi & sanctificandi causa, universa Catholica Eccl. usurpat & semper usurpavit: de benedictione baptismatis plurimos & antiquissimos testes habemus, in primis S. Clem. Rom. ex lib. 7. c. 44. cujus verba jam supra recitavimus; deinde S. Dion. Areopag. in Eccl. Hier. qui dicit, aquam baptismatis sancta prece ac invocatione sanctificari, ter crucis in modum oleo in aquam infuso. S. Basil. de Spir. s. c. 27.

B differre scribit: Aquæ baptismalis benedictionem esse traditionem Apostolicam. Meminerunt ejusdem alii Patres, ut S. Cyril. Hierosol. cathec. 3. Cypri. lib. 1. epist. 12. oportet, inquit, mundari & sanctificari prius aquas a Sacerdote.

Eadem mens est S. Ambr. l. de his qui Mysteria imitantur c. 3. & l. 1. de Sacram. c. 5. qui aperte ait, formam baptismatis & usum hoc habere, ut antè fons consecratur, & tunc descendat, qui baptizandus est: nam ubi primum ingreditur Sacerdos, exorcismum facit, deinde super creaturam aquæ invocationem, postea & prece defert, ut sanctificetur fons, & adit præsentia Trinitatis æternæ. S. Aug. l. 50. Hom. 27. Baptismus, id est salutis aqua, non est salutis, nisi in Christi nomine consecrata, qui pro nobis sanguinem fudit, Crucis ipsius aqua signetur. Quod quomodo intelligendum sit, explicavi in opere de sancta Cruce, ubi etiam offensam, huic benedictioni aquæ baptismalis semper adhibitum signum S. Crucis, quod etiam S. Aug. testatur. Ser. 19. de Sanctis, tom. 1. l. 2. c. 13. cum ita scribit: Crucifixus nos ter a morte surrexit, & celos ascendit. Crucem nobis in memoriam suæ passionis reliquit ad sanctum. Hoc signum præsidium est amicis, oblatulum inimicis. Hujus Crucis mysterio rudes catechizantur, eodem mysterio fons regenerationis consecratur, ejusdem Crucis signo per manus impositionem baptizati dona gratiarum accipiunt. Cum ejusdem Crucis character Basilicæ dedicantur, altaria consecrantur, altaris Sacramenta cum interpositione Dominicorum verborum conscribuntur. Sacerdotes & Levitæ per hoc ipsum ad sacros ordines promoventur: Et universaliter omnia Ecclesiastica Sacramenta in hujus virtute perficiuntur.

Ejusdem aquæ baptismalis consecratio usitata fuit Alexandrinis & Agyptiis ac Æthiopicis, ut patet ex ratione administrandi baptismum Severi Patriarchæ Alexandrini, & ex alia ejusdem Sacramenti conferendi formula, in Æthiopicum Ecclesiæ recepta. Exstant tom. 6. Biblioth. SS. Patrum.

Merito igitur ad Apostolicam institutionem, tanquam ad primam originem, hæc consecratio revocatur. Quod & de illa aquæ benedictione, quæ fit pro populo aspergendo & sanctificando, inque alios usus, dictum est; nam & hujus meminit Clemens Romanus, imò ejus benedictionem formam præscribit. Et hanc benedictionem universa frequentat Ecclesia; Romana quidem singulis diebus Dominicis, excepto Pasche & Pentecostes festo, eo quod pridie harum solemnitarum benedicatur & consecratur fons baptismatis, ex cujus aqua fidelibus pars aliqua etiam domum asportanda datur, ut inquit Durand. l. 4. c. 4. prius tamen quam christina infundatur. De quo in capitular. Franc. l. 6. c. 77. In Sabbato Sancto Pasche, vel in Sabbato Pentecostes, si quis velit aquam consecratam ad asperionem in domos suas recipere, ante christum infusionem accipiant. Quod in suum decretum transtulit Gratian. de consecrat. dist. 4. c. 26. & l. 1. c. 112. Tempore Gregorii Turonensis post christina infusum distribuebatur hæc aqua fidelibus. Quod reverentia causa seculis posterioribus merito mutatum est.

Græca Ecclesia primo cujuslibet mensis in die aquam benedicat, excepto Septemb. & Januario, nam in illo die XIV. in isto autem die sexto, in solennitate scilicet Theophaniæ, aqua benedicatur, ut liquet ex Georgii Codini l. de Officiis Aulæ Constantinop. Mensura illa benedictio vocatur *μυροῦ ἀγιασμοῦ*, quasi dicas, *πᾶσα* benedictio seu sanctificatio: Altera in Janu. appellatur *μυροῦ ἀγιασμοῦ*, magna benedictio

seu sanctificatio, quæ appellationes à ritu desumptæ sunt; Et nam prior minoris solemnitas est, posterior solemnissima: de utraque dicemus infra.

Eadem benedictio aquæ usitata est Armenis, Antiochenis & Syris, & Æthiopicis seu Abyssinis, & Mozarabib. in Hispania, ut planum sit ex benedictionis formulis, quas ad calcem suæ Hydragiologie profert Marcellus Columna.

Igitur origo hujus benedictionis referenda est ad Apostolos, cum quemcumque tandem Auctorem Apostolis recentiore nominaveris, semper proferre liceat aliquem scriptorem, ex cujus testimonio major antiquitas benedictioni huic tribuenda sit; nam plerique Hæretici contendunt, Alexandrum I. Pontificem hujus benedictionis institutorem esse, cujus verba hic tibi apponam, ex Epist. 1.

Aquam sale conspersam populis benedicimus, ut ea cuncti adpersi, sanctificentur ac purificentur; quod & omnibus sacerdotibus faciendum esse mandamus. Nam si cinis vitæ adpersus sanguine, populum sanctificabat que mundabat; multo magis aqua sale adpersa, divinisque precibus sacra, populum sanctificat atque mundat. Et si sale adperso per Helisæum Prophetam, sterilitas aquæ sanata est, quanto magis divinis precibus factus sterilitatem rerum auferat humanarum, & coinquinas sanctificat, atque mundat & expurgat, & cætera bona multiplicat, & insidias Diaboli averteat, & à phantasmatum veritatis homines defendat: nam si tactu fimbriæ vestimenti Salvatoris salvatos infirmos esse non dubitamus, quanto magis virtute sacrorum ejus verborum divinitus sacrarum elementa, quibus sanitatem corporis & animæ humana percipit fragilitas; His ergo & aliis instructi documentis, vora singulorum, Domini Sacerdotis, respicite, & in virtute Spiritus S. divinis precibus per ministerium vobis divinitus collatum perficere certate. Elementa quoque, tam ea, quæ prædiximus, quam cætera divinis apta verbis, & humanis necessaria infirmitatibus, sacrate.

Hæc S. Alexandri nulla nova institutio, sed ejus, quod jam institutum erat, commendatio, ut diligenter præstat. Aliud est, mandare executionem rei: aliud, rem instituire: nisi forsitan credis, Alexandrum etiam orationem corporis & sanguinis Domini, & infirmorum orationem instituisse; quia ibidem Sacerdotis sermone monet, ut sepè & sanctè salutarem hostiam offerant, & infirmos curent, agros sanent, G. leprosos mudent: eò quod scriptum sit; Mar. 16. Super infirmos manus impone, & bene habebunt. Antiquior ergo hoc Pontifice est aquæ benedictio. Quod etiam innunt illa verba: Aquam sale conspersam populis benedicimus. Quæ morem jam inveteratum indicant.

Vide peraque in loco de AMULETIS. De Exorcismo, qui nonnullis benedictionibus, nominatim salis & aquæ, adiungitur.

Nonnullæ res benedicendæ, prius purgantur exorcismo seu adjuratione; & tunc demum, facto exorcismo, benedicuntur. Quædam absolute benedicuntur, nullo præmissio Exorcismo. Prioris generis sunt benedictio salis & aquæ, nam primò omnium præmittit Sacerdos hunc Exorcismum. Exorcizo te creatura salis, per Deum & vivum, per Deum & verum, per Deum & sanctum, per Deum, qui ter Helisæum Prophetam in aquam miri jusit, ut sanaretur sterilitas aquæ; ut efficiaris fal exorcizatum in salutem credentium, & sis omnibus fumentibus te sanctas animæ & corporis: & effugiat atque discedat à loco, in quo asperitum fueris, omnis phantasia & nequitia vel veritatis Diabolica fraudis, omnisque spiritus immundus, adjuratus per eum, qui venturus est judicare vivos & mortuos, & seculum per ignem.

Hæc adjuratione præmissa, quia Daemon vel expellitur, vel impeditur, ne creaturam illam obsecrat, usumque ejus mortalibus noxium reddat, subiungitur hæc benedictio: Immensam clementiam tuam, omnipotens æternæ Deus, humiliter imploramus, ut hanc creaturam salis, quam in humi generis humani tribuisti, benedicere & sanctificare & tua pietate digneris, ut sit omnibus fumentibus salus mentis & corporis, & quæquid ex eo tactum vel respectum fuerit, careat omni immunditie, omnique impugnatione spiritalis nequitie. Per Dominum nostrum Jesum Christum, &c. Similis planè est benedictio aquæ: nam & in hac Exorcismus præcedit, subsequitur benedictio; quamquam ipse etiam Exorcismus implicitè benedictionem continet. Aliæ benedictiones exorcismo carent, ut est in Romano Missali benedictio panis: Domine Jesu Christe, panis Angelorum, panis vivus æternæ vitæ, bene & dicere dignare panem istum, sicut benedixisti quinque panes in deserto: ut omnes ex eo gustantes,

Ates, inde corporis & animæ percipiant sanitatem. Qui vivis & regnas in secula seculorum.

Memorabilis exorcismus contra animalcula fructibus terræ perniciosa reperitur in Græcorum Euchologio, quo usus fertur S. Tryphon, quem Græci hujusmodi clade imminente, postissimum invocant, ut & S. Eustathium, & S. Julianum Libyicum.

BENEDICTIO CEREBORUM, PÆRESITIM PASCHALIS CERÆ.

In Ecclesia Catholica varie sunt cereorum benedictiones: Una est generalis Candelarum jussumque materiam, quæ quocunque tempore fieri potest, cujus in Romano Missali hæc est forma. Domine Jesu Christe, fili Dei vivi, bene & dic candelas istas supplicationibus nostris: infunde eis, Domine per virtutem sanctæ Crucis, benedictionem celestem, quæ eas ad repellendas tenebras humano generi tribuisti; talemque benedictionem signaculo sanctæ Crucis accipiant, ut quibuscumque locis accensis sive positis fuerint, discedant Principes tenebrarum, & cõtrahant, & fugiant pavidi: cum omnibus ministris suis ab habitacionibus illis, nec præsumant amplius inquietare aut molestante ferventes tibi omnipotentis Deo. Qui vivis & regnas in secula seculorum Amen.

Alia est benedictio Cere Paschalis, qui solemnè ritu pridie Paschæ, seu Sabbato sancto consecratur. De cujus origine multa in opere de Pæsis Græcorum lib. 1. c. 25.

Illud inprimis asseritur, Zozimum Papam non esse primum hujus moris Auctorem. Nec obstat, quod à nonnullis instituisse dicitur; nam institutio sæpè tribuitur illi, qui ritum renovat, amplificat & propagat, ut à Zozimo factum. Ibidem eadem opera disputatum est adversus Hosperianum Calvinistam de Hymno Prudentii ad accensionem Cere Paschalis.

Tomò 3. Biblioth. S. Antonii Patrum Edit. secunda, exstat benedictio Cere Paschalis, sub Augustini Episcopi nomine, quam ediderit, & cecinerit, cum adhuc Diaconus esset. Quæ cum alia Bibliothecæ collector ex vetustissimo manuscripto Gothico Missali exscriptit. Sed hæc benedictio, pauculis mutatis, eadem est cum illa, quæ in Romano Missali reperitur, nisi quod in Romana formula Economium Apum comititur. Et in altera subduntur duæ Collectæ, seu, ut ibi vocantur, collationes: Una, post benedictionem cere: altera, post hymnum cere. Prior ita habet: Sancte Domine omnipotens Deus, qui ad nostram contemplantationem tenebrarum, hæc in mundi hujus obscuro luminaria emicare iussisti, præsta, ut dum ad illum æternitatis diem, & unigeniti tui properamus occursum, ad hanc interim, quam tenebris preparasti lucernam, dum nox ista transcurrit, sine peccatorum offendiculo ambulemus. Posterior his verbis constat: Deus templum ignis æterni, Deus veræ lucis habitaculum, Deus sedes perpetuæ claritatis, vota tibi Domine solemnè diei consummationis & noctis inchoationis celebrantes, ac luminibus altaris tui mensis temporum lumen offerentes, ut famulus & famularibus tuis verum ac perenne lumen largiaris, oramus.

Prius tamen, quam cereus consecratur, benedicuntur novus ignis ex silice jam excussus, ex quo carbones accenduntur, & inde Paschalis cereus, & omnia alia Ecclesiæ luminaria. Imò de ipso novo & benedicto igne accendunt in omni domo, quia omnis ignis anterior, qui tunc ardebat, D. extingui debet; inquit Ordo Romanus.

Solet autem in nonnullis Diocesis, exigne recenti integer quali focus in cæmeteris accendi & benedici, ex quo fideles, devotionis & benedictionis gratia, non modò ignem, sed & integros titiones secum domum referunt.

Ad utramque benedictionem, ignis scil. feu novi Luminis, & Cere, spectat iste Canon Concilii Toletani IV. Lucerna & Cereus in pervigiliis Paschæ apud quasdam Ecclesias non benedicuntur. Ubi benedictio lucernæ nihil est aliud, quam benedictio novi ignis feu luminis, cujus gemine benedictionis usus non erat apud omnes receptus, eam ob causam præcipit Concilium, ut per omnes Hispaniæ ecclesias recipiatur. Nihil ergo hæc facit Lucernarium illud, de quo Synodus Toletana prima, Lucernarium, nisi in Ecclesia non legatur; aut si legitur in villa, præsentè Episcopo, vel Presbytero, vel Diacono, legatur: quia Lucernarium istud erat pars vespertinæ, quæ olim initio noctis, surgente vespere feu Luciferi, canebantur, à lucernis accensis ita appellatum, & duobus prioribus vespertinæ Palmis continebatur: quia enim duo priores Palmi in lucernam accensione & gratiarum actione vespertini Luminis legebantur, inde illa prima pars

vespertini officii Lucernarium nominabatur, ut inquit Illusterrimus Toletanæ Sedis Antistes *Garsias Loaisa* in Notis ad Concilium primum Toletanum, probatque ex Isidoro, & aliis. Græci *λυχνιον* vocant, & Palmos tunc decantari solitos, *λυχνιας*, quasi lucernarios, quod concinnantur, dum lucernæ accenduntur, ut videre est apud S. Epiphanium in fine operis contra Hæreses.

Clemens Rom. lib. 7. Constit. Psalmum *ἐνώχου* indigitat. Congregabis, Episcopo, Ecclesiam ad vespem, & post recitatum Psalmum Epilychnium seu Lucernalem, edicat Diaconus quæ precaturi sunt pro catechumenis, & c. S. Basil. l. de Spir. s. c. 29. appellat *ἐνώχου* & *χρυσίου*, gratiarum actionem ad lychnos accensos. Postea vespertinæ preces, die adhuc durante, decantari cœpta sunt, adeoque mos iste *ἐνώχου* mutatus. Inde tamen manasse videtur apud Germanos consuetudo, ut qui, etiam privatis in ædibus, in conclave aliquod candelam accensam infert, hoc vel simile quid precetur, Lucem æternam largiatur nobis Dominus: Vel, Lux æterna luceat nobis.

Jam ad cereum Paschalem revertamur; qui, ut ex *Alcuino Flacco* l. de divinis officiis apparet, per septem dies Neophytorum, id est, usque ad Sabbatum in Albis, præferebatur Episcopo, imò & ipsis, Neophytis; hoc enim indicat puto hic Alcuini verbi: Dantur quotidie ad Ecclesiam, columna cerei illuminata præcedente eos. Undè intelligitur, quod nullus alios usus in quibuslibet locis eam debere accendi, nisi in recordatione luminis Spiritu S. dum itur ad Ecclesiâ.

Hic ordo cerei benedicendi in forensibus civitatibus agitur, inquit *Ordo Romanus*, hoc est, extra Romam; nam in Catholica Ecclesia infra (intra) civitatem Romanam, non fit benedictio; sed manè primo, Sabbato sancto, venit Archidiaconus in Ecclesiam, & fundit ceram in vas majus, & semicicat ibidem oleum, & benedicit ceram, & ex ea fundit similitudinem Agnorum, & servat eos in loco mundo. In Octavis verò Paschæ, ut ait *Alcuinus*, dantur ipsi Agni ab Archidiacono post Missam in Ecclesia & communionem populo, & ad fumigandum in domibus suis accendi incensum, & ad fumigandum in domibus suis pro quacunque, quæ iis evenerit, necessitate. Respexit hæc *Ennodius Ticinensis in benedictione primæ cerei Paschalis*: In hujus autem cerei luminis corpore te, Domine, postulam, ut super hæc benedictionis manus accomodes, & si quis hinc sumplerit, adversus flabra ventorum, adversus spiritus procellarum, sua iussa faciens, sit illi singulare profugium, sit murus ab hoste fidelibus.

*Idem Ennodius in 2. benedictione ejusdem Cere*: Tu resurrectionis tuæ tempore, quo vernat ante reviviscens infantia, sumptam ex hoc (cereo) contra procellas, vel omnes incurfus fac dimicare particulam, &c. Ubi aperte vides morem particulæ cerei Paschalis domum asportandi, & ad varios salutares effectus procurandos, adhibendi.

Hic mos abijt tandem in ritum consecrandi imagunculas cereas, quas à forma impressa Agnos Dei nominamus. De quo suo loco.

Quid simile factabant Patriarchæ Constantinopolitani; qui initio suæ Quadragesimæ populo thymiamata, utique ad suffumigandum, distribuiebant. Die autem Palmatum cruce & cereo. Tertio post die, iterum thymiamata. Tandem in festo Paschæ, numismata; ut docet Ballamon in propria de hoc argumento Meleta. Tom. 1. juris Græco-Rom. lib. 7.

*Benedictio Cereorum in die Purificationis B. Virginis.*

Alia Cereorum solennis & publica benedictio instituitur die Purificationis B. Virginis. Ritus benedictionis exstat in Missali Romano. Monet Beda, morem benedicendi & gestandi cereos transisse etiam ad alia festa Deiparæ. Quod ex Alcuino itidem constat, ut ex Ordine Romano. Audi illius verba: De hac festivitate (Purificationis) & aliis festivitatibus S. Mariæ in gestis Pontificalibus legitur, quod Sergius Papa præcepit, Litanias fieri in die præsentationis Domini in templo. Ita enim scriptum est: Ut in diebus Annuntiationis Domini, Dormitionis ac Nativitatis sanctæ Dei Genitricis Mariæ, & S. Simeonis, cum Litanias exeant à S. Adriano, & ad S. Matiam populum locutur. Ipsa ergo die, aurora ascendente, procedit omnis Clerus seu populus cum Litanis & Antiphonis ad Ecclesiam S. Adriani expectantes Pontificem. Ingressus Pontifex in sacratum, induit vestibus nigris, & clerus similiter. Post hæc accipiunt omnes singulos de manu Pontificis cereos.

Ordo Romanus benedictionem Cereorum prius exhibet, & addit, Cereos accipi de Pontificis manu vel *Æditi*. Non est tamen, quod suspiceris, Sergium Cereorum hoc festo benedici.

**A** benedicendorum & gestorum primum Autorem fuisse, nam in Hyppante (sic vocat Græci hoc festum) cereos gestari consuevit, restem habemus S. Cyrillum Hierosolymitanum, qui in Epilogo Orationis in Hyppantem seu Occursum Domini, ita suos auditores hortatur: *Læti hodie lampadas ornemus. Tanquam filii lucis ceras vere luci Christo offeramus.* Et S. Eligius Noviomensis, qui ante Sergii tempora vixit, (obijt enim, teste Sigeberto in *Chronico*, An. 665.) Sermone in festo Purificationis habuit, in quo pluribus de mysterio cereorum differit. Nec *Bedæ in Martyrologio* 5. Idus Septembris dicit, Sergium statuisse, ut cerei benedicerentur, sed ut Litanie agerentur. Et quamvis usus horum Cereorum consecratorum aliquando apud nonnullos aliquid superstitionis admisceatur, id tamen sanctitati ipsius benedictionis nihil derogat: alioqui quid saluum remanebit, cum nihil fermè sit, quod improbitas hominum abuti nequeat.

Idem de inconditi vulgi levitate iudicandum, cum faces immittere certant.

*Alter in alterius crimes, fumumque cære,  
Ludo incompsto, & terris nidioribus aras  
Inscium, risuque levi delubra profanant.*  
De cereis S. Blasii.

Die S. Blasii Episcopi & Martyris, cui tertius dies Februarii dicatus est, offeruntur & accenduntur nonnullis in locis cerei, quos S. Blasii cereos appellant, tom. 1. *Swit.* Quæ consuetudo nata videtur ex illis, quæ in Martyrio S. Blasii commemorantur de quadam vidua, quæ S. Blasio in carcere coniecto attulit canistrum plenum carne, fructibus & feminibus seu leguminibus, non sine cereis accensis. Cui cum gratias egisset sanctus, & ex eis sumpsisset, ei benedixit, & mandavit, dicens: *Mulier, in hoc habitu perage mei commemorationem, & in domo tua non deficiet omne bonum à Deo meo.* Sed & si quis te hoc modo imitans, mei peregerit commemorationem, habebit à Deo meo perpetuum donum, & benedictionem omnibus diebus vite sue. Et veneranda quidem illa & beata vidua, accepto mandato à B. Martyre Blasio, Deum laudans, abiit læta in domum suam, &c.

**B** Ibidem sub horam Martyrii ita precatur Dominus: *Domine Deus virtutum, &c. audi me servum tuum, & quicunque ad hanc aram tuam accesserit, & quamcumque spinam aut os devoraverit, aut variis facit vexatus morbis, aut in afflictione fuerit, aut in necessitate persecutionis, imple uniusquique cordis petitionem Domine ut bonus & clemens.* Cum hæc precatus esset, Christus descendit de cælo, & dixit ei: *Omnes petitiones eorum implebo propter te.* Non hæc autem solum, sed etiam faciam, ut precatus es viduæ, & benedicam omnem domum, quæ tuam celebrat memoriam, &c. Cum verò accepisset veneranda & pia vidua cõsummationem beati Martyris Blasii, celebravit ejus memoriam eorum ritu, quæ celebravit in custodia: & non solum cognatis misit ex feminibus terræ benedictiones, & ex reliquis, sed omnibus amicis. Qui vicissim imitantes, rursus in eodem tempore remiserunt non solum fidei viduæ, sed etiam omnibus suis amicis & cognatis. Undè etiam traditum est hoc pulchrum & bonum exemplum, usus in hodiernum diem omnibus, qui fideliter peragunt venerandam memoriâ S. Martyris Blasii, cum lampadibus & hymnis, &c. *Hæc in actis S. Blasii.* Hinc exiit mos quibusdam in locis, ut die S. Blasii benedicantur panes, vinum, fructus, semina seu legumina contra morbos gutturis; quarum consecrationum formulæ inveniuntur in variarum Diæceson Ritualibus, nominatim in illo, quod inscribitur, *Sacerdotale ad consuetudinem Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ, aliarumque Ecclesiarum, impressi. Venetiis 1567.*

In nonnullis Germaniæ locis formant cereolos S. Blasii in modum scutellulæ, vocantque, *S. Blasii Schufel.* Calvinistæ tident illos, tanquam supersticiosissimos, qui angina morbo oppressi S. Blasium invocant. Et tamen, si isti in periculo versarentur, ne fauces intercluderentur, forsitan ad hoc medicamentum ipsi etiam confugerent non dedignarentur: Forsitan & illos Mantuani verficulos admouerentur:

*Adis sancte tuis, & nos dignare Clientes  
Custodire: nihil nobis angina nec illi  
Officiant morbi; tua presentissima nobis  
Sic tutela salutis: tibi mitia corda fuerunt  
Semper, & es solitus voces audire precantium.*

*Tu guttura verbo  
Suffocata aperis, & nos audire memento.*  
Etiam Julianus Apostata odert sanctam Crucem: Et tamen metu compulsus, hanc salutiferam armaturam arripuit. Nec

desunt inter ipsos Hereticos, qui si repentino aliquo terrore percellantur, crucem frontibus imprimant non sine hac appreciatione: *Debus uns Sott und das H. Creus.*

*Hæc refer ex loco de Cereis multa pro eodem Argumento.*

**BENEDICTIO NOVORUM FRUCTUUM.**  
Hebræi olim accepturæ à Deo hoc præceptum: *Decimas tuas & primitias tuas non tardabis reddere.* Alibi: *Primitias frugum terræ tuæ deferes in domum Domini Dei tui.* Cui præcepto obtemperatum est, non tantum gratitudinis gratia erga Deum ob accepta beneficia; sed etiam ut benedictione divinam impetrarent, utque in consecratis primitiis omnes reliqui fructus consecrarentur, & sumentibus salutates efficerentur, & hoc Sacerdotum precibus intervenientibus, prout liquet ex *Deut. cap. 26.*

Qui mos ad Christianos transit; nam apud *Clem. Roman. ista legitur lib. 7. c. 39.* Dabis Sacerdotibus omnes primitias tuncularis & aræ, vindemiæ & messis, boum atque ovium, ut apothecæ cellarum tuarum, penuriam, & fructus agrum tui benedictione afficiantur, ut firmis in frumento, & vino atque oleo, augeanturque armenta bouum tuorum, & tuarum ovium greges, &c. Dabis enim Sacerdotibus omnes primitias panum recentium, vini ex dolio, olei, mellis, pomorum sive baccarum, uvæ aut aliorum fructuum.

Respexit hæc S. Hieron. in *c. 44. in Ezech.* Primitie ciborum nostrorum Sacerdotibus offeruntur, ut nihil gustemus novarum frugum, nisi Sacerdos ante gustaverit. Hoc autem facimus, ut reponat Sacerdos benedictionem & oblationem nostram in domo sua, sive ut ad imprecationem suam Dominus benedicat domibus nostris. Grandis dignitas Sacerdotum, sed grandis ruina eorum, si peccant. Latetur ad ascensum, sed timeamus ad lapsum.

Videntur autem omnes primitie olim oblatæ ad altare: Sacerdote sacrificante. Sed id postea veritum Canone IV. Apofolorum: *Offere non liceat aliquid ad altare, præter novas spicas & uvas, & oleum ad luminaria, & thymiama, id est, incensum, tempore, quo sancta celebratur oblatio.* Et Canone V. Reliqui fructus omnes ad domum, primitie Episcopo vel Presbyteris dirigantur, non offeruntur in altari. Certum est autem, quod Episcopus & Presbyteri dividant & Diaconos & reliquos Clericos. Ita distinguit hos Canones cum veteri editione, quæ Dionysii Exigui esse dicitur. Nam Holandri, Herveti, & Turriani distinctiones, tenebris non carent.

In vita S. Eurychiani Papæ & Martyris apud Damafum, seu Anastasium Bibliothecarium, isthæc leguntur: *Hic constituit fruges fabæ & uvæ super altari benedici.* Constituisse dicitur non quod primus instituerit, sed quia veterem institutionem renovavit. Quod claret ex prima ejus Epistola ad Episcopos Bæticæ provincie; ubi cum admonuisset, ne quis à majorum traditionibus abcederet, subiungit: *Idcirco, fratres, ista prætulimus, ut hæc species, quas non licet offerre super altari, juxta Constitutionem Apofolorum, eorumque successorum, ad domum Sacerdotum deferantur, & à Sacerdotibus benedicantur, & per simplicem benedictionem benedicatæ demum à populo sumantur: fabæ tantum & uvæ, & cerea, quæ Apofostoli constituerunt, super altare offerantur.* *Hæc S. Eurychian.*

Porro novæ fruges non solum benedicuntur offerendo eas sacerdotibus in alimentum, sed etiam propriis & ad id destinatis preceationibus: quarum duæ in libro Sacramentorum S. Gregorii exstant; altera, his verbis: *Domine sancte, Pater omnipotens, eterne Deus, qui cælum & terram, mare & H omnia creasti, te supplices quaesumus, ut hunc fructum novum benedicere, & sanctificare digneris, & multiplicare abundanter offerentibus tibi, ut replas eorum cellaria cum fortitudine frumenti & vini, ut latentes in eis referant tibi Domino omnipotenti laudes & gratias.*

Alterâ est ista: *Oramus pietatem tuam, omnipotens Deus, ut has primitias creeturæ tuæ, quas aeris & pluvie temperamento nutrire dignatus es, benedictionis tuæ imbre perfundas, & fructus terræ tuæ usque ad maturitatem perducas. Tribuas quoque populo tuo de tuis muneribus tibi semper gratias agere, ut fertilitate terre fuerientium animas, bonis affluentibus replas, & egenus & pauper laudent nomen gloriæ tuæ.*

In Missali Romano talis benedictio reperitur: *Bene tui dic, Domine, hos novos fructus N. & præsta, ut qui ex eis in tuo sancto nomine vescuntur, corporis & animæ salutem potiatur.* Apud S. Gregorium peculiaris benedictio est uvæ vel fabæ: sic enim inscriptio habet: *Benedic, Domine, hos fructus novos uvæ sive fabæ, quos tu, Domine, per rorem cæli, & inundationem pluviarum, & tempora fetena atque tran-*

**A**li ad maturitatem perducere dignatus es, ad percipiendum nobis gratiarum actiones, in nomine Domini nostri Jesu Christi.

Habent & Græci in suo Euchologio benedictionem primitiarum frugum, & aliam, *ἐπι τῶν ἀρῶν, ἀρῶν, & aliam ἡν κριθῶν, seminum & leguminum.* Svidas *ἰστορεῖ τὸν ὅρον.*

Olim Christiani fruges benedicendas ad Judæos deterebāt. Quod hoc Canone prohibuit est in *Concilio Eliberitano Can. 49.* Admoneri placuit possessores, ut non patiantur fructus suos, quos à Deo percipiunt, à Judæis benedici, ne nostram irritam & infirmam faciant benedictionem. Si quis post interdictum facere usurpaverit, penitus ab ecclesia abiciatur. Res planè indigna erat, benedictionem à maledictis expectare aut expectare.

Nec sancti viri novos dumtaxat fructus benedicebant, sed & tunc, cum novitatem quodammodo exuissent. Quare S. Malachias, Hibernæ Episcopus, mulierem sanguinis profusio de via periclitantem, missis tribus benedictis pomis, ab interitu vindicavit, ut in ejus vita scribit S. Bernardus. Etiam flores benedicti salutem attulerunt. T. C. S. Gothardus Episcopus, de quo in Hiltoria vite hoc miraculum proditum est. Erat Goslarie matrona, quæ gravissimis oculorum doloribus cruciabat, ita ut per dies aliquot nec cibum, nec potum, nec somnum capere posset; quæ filiolum suum ad Episcopum cum quibusdam muneribus misit, eumque certior faciens de immoediis dolibus suis, aliquid sibi petiit ab ipso remediū adhiberi. Audiens hoc vir Dei, non sine quadam jucunditate subriit, & flores quosdam rubicundos de quadam arbore, ei forte eodem momento à paupere homine oblata, decerpens, eos signo Crucis munivit, danteque eos puerulo, Affer, inquit, hos floculos dilectæ mihi matri tuæ, ut eos ferveat pro mei memoria, & à Deo petat sanitatem: illa verò simul atque flores ægris admovit oculis, uti sæpè, etiam jurando, corâ nobis affirmavit, dolores omnes incredibili celeritate à toto capite evanescere sensit; statimque & foribus & fenestris patefactis, quæ hæctenus morbi illius causa clausæ permanerant, perspicue vidit oculis suis, nec ullam amplius sensit in eis molestiam. In legibus Francis exstat hoc mandatum. Annunciet Presbyteri plebi publicè, ut primitiva omnium frugum terræ ad benedicendum afferant, & sic postea inde mandatum. *Sur. tom. 6. & 7. Gratian. de consecrat. cap. diadimius.*

Invaluerat nonnullis in Ecclesiis Græcæ canis consuetudo, ut uvam recentem ad altare allatam Sacerdotes cum Eucharistia miscerent, eamque simul cum corpore & sanguine Domini populo distribuerent. Quod ne amplius ferret, vetuit *Tulliana Synodus, Can. 28.* sub prelo depositionis. Et merito abusus iste proscriptus est, sive Græci uvam hanc communicantibus cum specie panis, sive cum specie vini portexerint. Diversus ab hoc fuit mos, de quo *Balsamon ad tertium Canonem Apofolorum*, ubi ita scribit: *Novas spicas, seu legumina (κριθῶν) die offerri sacerdoti tanquam novorum fructuum primitias, & ut ea ex manibus sacerdotis cum benedictione accipientes, Deo gratias agamus, qui ea nobis suppeditat, quæ ad vitium nostrum cultumque sufficiunt.* Et idè, ut est verisimile, Patriarchæ quoque uvas offerunt in altari factæ Aedis Blachernarum, peracto sacro in festo Dormitionis (Assumptionis) sanctissimæ Deiparæ. Hæc ergo uvarum ad altare oblatio, nihil erat, nisi novarum uvarum benedictio, vel potius benedictionis procuratio. Adjungit **D** Balsamon, se Monasterii cuiusdam præfectum vidisse de officio dejectum, quod caseos & carnes ad altare intulisset; cum ex decreto Apofostolico nihil inferre liceat, præter spicas, uvas, & oleum ad luminaria; reliqua omnia ad ædes Episcopi vel Sacerdotis deportanda sint.

Quæstum erat ex Nicæta Archiepiscopo. Thesalonienens, an Sacerdos à fidelibus licite accipere possit ovium & boum pectuscula & coria; an etiam columbas ad mortuorum sepulchra madare fas sit. Respondit Nicetas: *Animalia & oves in Ecclesiis offerre, ut mactentur à Sacerdotibus, qui velut eorum portuiculam accipiunt, veteri more, pectuscula & coria, item columbas ad sepulchra mortuorum sacrificare, Judaicum omnino est, & paganicum, & correctione dignum.* Sed ut animalia Sacerdotibus offerantur ab aliis, sive viva, sive mactata, honoris & devotionis causa, præter rationem non est, sed pectate plenum, modo ne ad altare, vel intra Ecclesiam. Idemque pectuscula & coria allata Sacerdos omnino circa reprehensionem accipiet, &c. Quod si etiam in mortuorum commemorationibus columbæ, animalium gradiorum vice, sacerdotibus exhibeantur à tenuioribus, in eo

rum alimoniam, non per rationem sacrificii, neque ut ad sepulchra mactentur, hoc nemo prohibuerit: oportet enim sacerdotem ex sacerdotio ali, & à Laicis honorari, &c. Et quia simul quaestum fuerat, num solum benedicere, eumque animalibus, tutela gratia, præbere, ipsaque etiam animalia benedictione prosequi jus esset: Respondet Nicetas: *Ratione carentia benedictione digni, ut solum, & oves ac boves ad utilitatem tam eorum, qui inde emolumenta capiunt, quam ad sanitatem ipsorum animalium, nihil est absurdum, quin potius fidei hoc opus est.* *Hæc Nicetas, lib. 5. Iuris Græco-Romani, p. 339.*

Cæterum circa oblationes, quæ vel sunt, utres benedicantur, vel quæ sacerdotibus, aliisque Ministris Ecclesiæ in alimoniam impertiuntur, multa mutavit ævi longæva vetustas, & regionum hominum diversitas. Videndum ergo, quid consuetudo ferat, eidemque convenienter agendum. Nam in Germania sub ipso Missæ sacrificio, bis pecunia ad altare offertur, imò ipsi altari imponitur: solent etiam panes, farinam, ova, & aliquando etiam frumentum altari imponere, tamen extra sacrificium Missæ; imò pullos quoque & gallinas, priusquam ministris tradant. Ubi tamen semper diligenter considerandum est, quid reverentia Deo & sacro loco debita debeat. Quamquam ne olim quidem ubique idem mos erat. Quocirca in Can. 40. Concilii Cartaginensis apud Balsamonem, vel quarto in Latina editione, (ubi Concilii Africani nomen habet) statuitur, ne quidquam pro primitiis offeratur, præter uvas & frumentum. Permittit tamen offerri quoque lac & mel uno die solemnissimo in infantum mysterio; quod Balsamon interpretatur, pro infantibus: & quamvis in altari offerantur, suam tamen habent propriam benedictionem, ut à Sacramento Dominici corporis & sanguinis distinguantur. *Hæc Can.*

Alibi aliis factus usus est, hæc talia ad benedictionem oblata extra altare, separata in mensa reponere, ne incruetū Sacrificii pars esse, vel illa eadè benedictione benedici viderentur, qua panis & vini in corpus & sanguinem Dñi transmutantur.

Quæsierat Monachi circa Constantinopolim degentes, an oporteat, ea, quæ in Ecclesia offeruntur, ut oblationes, panem scilicet ac vinum, sacerdotem indiscriminatim comedere, & an tanquam panem communem debeat hæc comedere; & si multa ejusmodi collecta fuerint, quid oporteat his facere: Respondet Synodus Constantinopolitana sub *Nicol. Patriarch. Apud Balsam. Commem. in Conc. Can.* Exaltat oblationis fragmenta in sola Ecclesia comedi debere, donec univerfa absumantur. Vocat autem exaltata oblationis fragmenta panem illum, ex quo materia pro Liturgia in Missæ sacrificio desumpta est, quemque Græci vocant *αριθῶν*, qui sub finem Liturgiæ præsentibus, qui non communicant communione loco, & benedictionis gratia distribuitur, ut suo loco diximus. Appellatur autem panis iste oblatio exaltata, quia ante Liturgiæ in processione per templum supra caput ministris, velo tectus, circumferri solet. Hunc ergo panem intra, non extra Ecclesiam, comedendum esse Synodus restrictè præcipit: & hodie fit à Græcis, qui antidotum seu bucellas panis hujus in ipso templo comedunt. Nescio tamen, an nefas arbitrentur, vel integrum vel partem antidoti domum deferre, idque ut benedictionem ad alios itidem derivent.

Addit Synodus: *Quæ ex aliis superflua, hoc est reliquia, ex pane non exaltato, non cum lacte & cafeo & piscibus, sed separatim & per se absumi debent. Sæpè enim plus panis ad sacrificiū vel pro sacrificio apparatus offerrebat, quam necesse esset. Itaque partem tantum panis oblatis accipiebant, & elevatū in disco per processione circumferrebat. In ergo in Ecclesia comedi debebat: Reliquis etiam extra, sed separatim, non admixtis aliis esculentis. Qui honor refusus idis oblationibus habetur, quod ad sacrificium corporis & sanguinis Domini destinatæ fuerunt; eo ipso enim sanctificationem quandam induisse videntur, licet non fuerint exaltatæ, hoc est, in disco supra verticem Ministris per Ecclesiam circumlatæ.*

De vino nihil respondit Synodus expressè & exactè, de quo jam olim Theophilus Alexandrinus hoc decreto: *Quæ in sacrificiis rationem offeruntur, postea quæ in Sacerdotum usum (hoc est ad usum Eucharistiæ) consumuntur, Clerici dividant, & nec cathecumenus ex eis bibat vel comedat, sed solum Clerici, & qui cum eis sunt fideles fratres: quia enim altari oblata sunt, inquit Balsamon, & ad divina dona (id est, ad corpus & sanguinem Domini) partes ex illis sumptæ sunt, illæque sanctificatæ sunt, quomodo iis, qui sunt perfectiores dabantur consumenda: Nec tamen Theophilus definitivè, ubi hæc, quæ superant, comedi vel bibi debeat. Licet verò vinum, ex quo*

A quo pars ad Eucharistiam conficienda seligitur, no exalatur, hoc est in processione non circumferatur instar panis; sanctificatur tamen, eo quod pars ad sacrificium inde selecta sit. Non exaltatur vinum, inquit Balsamon, sed solum sanctificatur; non peculiari aliqua benedictione, sed oblatione & destinatione illa ad sacrificium. Apud Balsam. Commem. in Canon. Concil.

Quaesiverant iidem Monachi circa Constantinopolim; An oporteret, eos, qui ab Eucharistia sumenda prohibiti sunt comedere panes exaltatos, id est, Antidori? Respondet Synodus: Invenimus in vita S. Theodori Sicoete, eos ab Antidori participatione repullos fuisse. Ubi Balsamon: Quod exaltati panis fragmentum non accipiant, qui divinorum sacramentorum participes esse prohibiti sunt, actu fieri videmus. Existimo autem, quod mulieres, etsi prohibita fuerint sanctis communicare, exaltati tamen panis fragmentum accipere non vetantur. Nam in diversis etiam Canonibus dicitur Basilus, mulieres, quae lapsae sunt, & propterea Ecclesiasticae excommunicationis pena tenentur, ad sancta quidem participatione (Eucharistiae) arceri, sed ab Ecclesiastica communione, hoc est, a perceptione Antidori, ut viros, non alienari, ne mala suspicio de eis oriatur, & propterea traduntur. Si itaque non datum eis fuerit in Ecclesia panis exaltati fragmentum, cognoscetur protinus malum, propter quod sancta communione digna non habentur.

Quod quia de pane exaltato tam multa diximus, adjungamus & hoc ex vita S. Theodori Sicoete. Cum 16. Kalend. Augusti solemniter sancti Martyris Antiochi dies in ejus templo celebraretur, & B. Theodorus sacrificaret, dum, ut regionis est mos, discum in sublime tolleretur, ut sanctum panem ostenderet; sanctus ipse accepti sacrificii panis super disco per se cepit sublimis extolli, & tanquam exultans & saliens sursum deorsumque, cunctis spectantibus, ita moveri, ut omnes, qui aderamus, illius ascendentes, descendentesque motum & sonitum videntes audientesque, admiratione & timore propter miraculum complecteremur.

Benedictio VINI, in Fests S. Joannis Evangelistae. Utatissimum est in Germania, die S. Joan. Evangelistae, benedicere vinum, quod vocamus, S. Joannis Segen. Benedictio S. Joannis. Idque gustare mos ante omnem alium potum. Nec desunt, qui inde etiam in alia vini dolia, veneratorum avetrendorum gratia, aliquid hujus consecrati vini infundant. Nec eventus pietatem proborumque expectationem fallere solet.

Exitit haec consecratio ex traditione, quae fert, a S. Joanne venenum sine lesione epotum. Quia de causa majores nostri non immerito crediderunt, potum sibi non fore noxium, quem in honorem & cum benedictione S. Joannis sumerent. Quocirca benedictio S. Joannis non tantum ipso Fests S. Joannis, sed quocunque tempore, cum amici a se mutuo digrediantur, usurpanti consuevit, tamen frequenter non sine abusu.

In Rom. Missali non exstat peculiaris pro hoc vino benedictio. In Sacrorum quodam impresso, vet. 1567. quod, ut titulus habet, conformatus est ad consuetudinem Ecclesiae Romanae, aliarumque Ecclesiarum, reperitur benedictio vini in Fests S. Joannis, cujus posterior oratio est ista: Deus cujus potestate B. Joannes Evangelista potum venenosum & toxicum digessit, benedicere & consecrare digneris hanc creaturam vini, ut omnium ex eo gustantium, ex pulso omni gustu nocivo, infuso tuae benedictionis mysterio, sit in terris corporis & animae remissio criminum, & in caelis perpetua consolatio.

Assimiles benedictiones leguntur ex variis variarum Diceleoron Ritualibus libris; ex quibus hos effectus colligas. Orat enim Ecclesia, I. Ut omnes ex hoc benedicto vino gustates ab omni malo custodiantur, II. Ut divinae benedictiones opulenta replentur, III. Ut omnes mereantur in corpore, & anima misericorditer exhiberi, IV. Ut ad regnum gloriae perducantur.

Graeci in sua Ecologia habent benedictionem vini; sed generaliter pro quocunque tempore; quae verbatim in latinum conversa ita sonat: Domine Deus noster, clemens & benigne, respice super hoc vinum, & super illos, qui ex eo degustant, & benedic illud, quemadmodum benedixisti puteum Lutheri, quae aquam in vinum commutasti, tuamque gloriam sanctis tuis discipulis & Apostolis manifestasti, idem nunc quoque sanctum Spiritum tuum emitte super hoc vinum, & benedic illud in nomine tuo sancto, quia tu es, qui benedixisti, sanctificas & multiplicas omnia Christus Deus noster.

Multa sepe miracula patravunt viri sancti vino benedicto

nam S. Malachias Episcopus Hiberniae, poculo benedicto mulierem a morte liberavit, vita etiam foeti conservata, ut salvus & incolumis in lucem ederetur, teste S. Bernardo in vita S. Malachiae. S. Vvilibordus, ut in ejus vita scribit Alcuinus, hausit benedicto, insanabilem & tabidam cuiusdam sitim extinxit atque profigavit.

BENEDICTIO CINERUM, in capite Jejunii Quadragesimalis.

Perantiquus est ritus cinerum, exstat enim Homilia S. Maximi Taurinensis hac inscriptione: In die Cinerum. At rem secus habere, inde Hospinianus monstrare conatur, quod quatuor illos dies, qui Dominicum Invocavit antecedunt, nempe ferias Quartam, Quintam, Sextam & Sabbatum, Gregorius Magnus Quadragesimali jejunio primus adiecit, ut legitur de consecrat. dist. 5. c. Quadragesima.

Effectus consecratorum Cinerum colligere licet ex formula benedictionis, quae in Missali Romano exstat. Nam 1. rogat Ecclesia, ut juveter homo ad internam humilitatem cordis. 2. ut benedictio caelestis in asperos cinere descendat, qua serio compungantur, de peccatis dolent, considerantes, per peccatum hominis, etiam ipsam terram maledictam fuisse, & omnes in cinerem & terram redituros. 3. ut hic cineres sint salubre remedium ad assequendam remissionem peccatorum, & praemium vitae aeternae. 4. ut detur corporis sanitas ad poenitentiam pro peccatis agenda. 5. ut anima ipsa divina tutela protegetur. 6. ut illa a Domino impetremus, quae ad ipsius voluntatem petimus. 7. ut in bono constanti animo perseveremus.

IRRISORES S. CINERUM PUNITI.

Refert Caesarius ex Theodorico monacho quondam in Vvicida Comite, de factis cineribus rem notata dignam: Fuisse Confluentem carnificem quendam, hominem in officio suo probum factis, qui cum aliquando, tertia feria ante cineres, totam penè noctem in comestationibus expendisset, manè, quasi ad ablendas carnes, cum quodam suo collega tabernam intravit, cumque ad officium Missae pulsaretur, & fideles ad Ecclesiam conducerent, nec non ex eadem taberna, jamque soli hi duo illic remanentes potarent, ait alter carnifici: Certè modo dum nimis expectamus, carnis ergo ad ecclesiam propter sacros cineres. Cui ille, mysterium cinerum irridendo, respondit: Sede, ego tibi dabo cineres, & Cetera mihi; tollensque cineres de late jactavit super caput ejus. Et ecce mox poena irrisoribus subiecta est: nam statim circa caput, & faciem, tantum sensit pulverem, ac si follibus ei insullaretur; cumque terris exclamaret, tantum ore cineris hausit, ut penè suffocatus fuisset. Accurrerunt multi plagam tam mirabilem videntes; ductus est in proximam insulam, in qua non pulvis, sed granum erat; sed nihil ei profuit. In Rheno, in pomerio, in insolato, neque in aliquo loco ad turbine cinerum se defendere potuit: à quibus tandem suffocatus poenam irrisoribus solvit.

BENEDICTIO ROSAE, in Dominica Letare.

Dominica Letare, seu Media. Quadragesima, benedicti summus Pontifex Rosam, cujus benedictionis formula reperitur in Ceremoniali Romano: Et est duplex ratio, inquit Innoc. III. Papa, cur hac die Romani Pont. in hoc loco, nempe in Basilica sanctae Crucis in Hierusalem, florem aureum fidelebus populis representent: una, secundum litteram: altera, secundum spiritum: utramque rationem fuse persequatur Innocent. Serm. de Rosa, ut & Durand. lib. 6. Rationalis, c. 53.

Addit Innocentius: Triplex est in hoc flore (Rosamateria, Haurum, muscus, balsamum; sed mediante balsamo muscus conjungitur auro: quia triplex est in Christo substantia, Deitas, corpus & anima; sed mediante anima, corpus conjungitur Deitati. Dicitur Rosa ista triplici materia constare, quia in benedictione balsamo inungitur, non sine adjectione musci trititi: alioqui propter ex una duntaxat materia, nempe ex auro conficitur. Quae tempore Principii alicui magni nominis & de Ecclesia Dei bene vel merito vel aequè bene merenti, dono datur & mittitur à summo Pont. quemadmodum an. M. D. XXXIV. missa est Henrico VIII. Regi Angliae & an. M. D. XXXIX. Leone X. Frederico, Saxoniae Duci, Eleotio, Patrono Lutheri, què hoc etià sacro munusculo à defensione Lutheri Pontifex abducere tentabat; & exstant Tomo primo Lutheri, duae super hac re Epistolae Leon. X. altera ad Degenhardum Plesinerum, & altera ad Georgium Spalatinum, ejusdem Frederici Secretarium, & Sacellarium. Utraque istèdè sermè verbis concepta est. Utriusque hoc est exordium. Quanto affectu paternoque amore sacratissimam Rosam autem cum quorundam à Romanis Pontificibus Quarta. Donica sacratissimae Quadragesimalis consecrati magno mysterio, & alicui ex primoribus Christianorum Regi vel Principi dicari & mitti solitam, hoc anno dilecto filio, nobili viro, Frederico Duci Saxoniae, utpote suorum clarissimum progenitorum more, de nobis & sancta Apostolica Sede bene merito, utque post hac magis mereri possit, dicaverimus, ex dilecto filio Carolo Miltiz Nuntio, Cubiculario secreto, & familiari nostro, & quadam, quae nos, Scdisque praedictae dignitate auctoritateque respiciunt, negotia plenius intelligit. Postea hortatur Pontifex, Frederico auctor sit, ut Lutherum expellat, & tam infamis haeretici patrocinio gloriam suam majorumque suorum non contaminet. Sed surdi hac cantata auribus, Luthero jam per Spalatinum & alios Aulicos in intima Frederici praecordia illapso, cui perpetuo hoc inculcabant, non quatenus Catholicae religionis everfionem, sed abusu solummodo quorundam correctionem.

Ejusdem Rosae ad Fredericum missa meminit aliquoties Lutherus in Latinis Ep. Tom. 1. Ep. Lat. Ep. 119. 121. Ep. 122. Ut princeps nosse illusterrimus tentatur à Militio cum aetrea Rosa. Et; Rosam tandem obtulit (Miltizio) Aldenburghabente Principe, quam nescio quanta pompa conatus fuerat Vvittenbergam ducere. Alibi sagaciter odoratus est Lutherus causam missae Rosae ad Fredericum. Retulit idem Doctor (Praepositus Collegergenfis Pomeranus) fuisse traditum (Miltizio) Breve Apostolicum Rosam allaturum: quo & mandaretur, ut Rosam Principi sic offerret, ut Martinum vicillium mitteret: fuisseque ita progressum, nisi prudens quidam Cardinalis intervenisset, qui, lecto Brevi, dixit multo stomacho: Puerine omnes estis, an infanti, ut Monachum emere teteris à Principi: Atque cum mox discessisset manibus proptis idem Breve, Miltiz, ni Lutherus Cardinali hoc tam prudenti statum in foro aut Lyceo Vvittenbergensi erigendum curaverit, cuius tota narratio tanta fidei, quanto ipse, & is, quem citat, Praepositus homo, quem natum nescires, nisi id ex Lutheri Epistola (circ. Neque opus erat hac de Luthero Romano mittendo in aliquod Breve conjicere; poterat id Pontifex Miltizio Nuntio suo ore tenus mandare, quemadmodum etiam pleraque alia madavit, ut liquet ex Epistolis Leonis ad Spalatinum & Pfessingerum. Et quae probabilitas, Cardinalem laceraffe palam in omnium conspectu Bullam Apostolicam?

Errant, qui originem consecrandae Rosae referunt ad Urbanum V. cum hunc diu antegressus Innoc. III. de more hoc integrè Homilia disputet; de qua Alexan. III. ex gestis ejus Manu scriptis Baron. Ann. M. C. LXXXVII. ista commemorat. Invenit verò cum turbæ multae irruerent in eum, & ex civitatibus circumpositis, multitudine nobilium properaret ad ejus praesentiam, ut viderent illum, & audirent, tanquam Angelum à Deo missum, dignum duxit in proxima Dominica, Letare Hierusalem, ad Ecclesiam B. Marci (Venetiis) solemniam Missam celebraturus accedere. Indutus ergo lacris vestibus, & de consuetudine auream ferens Rosam, cum Episcopis & Cardinalibus ad altare majus processit. Post Evangelicam lectionem populo Dei ex diversis partibus congregato pastoraliter praedicavit. Et completis Missarum officiis, Rosam, quam detulerat, Duci Venetiarum in signum gratiae Sedis Apostolicae contulit.

Ejusdem moris meminit ejusdem temporis Scriptor Petrus Blesensis, serm. 15. Idipsum ortum (nempe jucunditatem & letitiam Hierusalem) Papa nosfer auream circumfretendo Rosam representat. Circumferendum, inquit, quia fert ad Ecclesiam sanctae Crucis in Hierusalem, si Romae sit, & refert. In Notis ad quartum caput 3. libri Vvillielmi Neubrigenfis de rebus Anglicis, protulit Joan. Picardus Epistolam, quam Alexander III. Pontifex cum Rosa aurea ad Francorum Regem misit; eam huc transferre placet, ut totis hinc ritus magis illustretur.

Alexander Papa III. Illustri Fracorum Regi: Romanorum Pontificum institutione noscitur processisse, quod media quadragesima, ea Dominica, qua cantatur, Letare Hierusalem, confueverunt ipsi florem aureum, non gratia temporalis elationis, propriis manibus, annua ferme revolutione, gestare: ea utique in facto hujusmodi designantes, quae tam ad decorem Ecclesiae, quam ad fideliem noscitur instructionem spectaret. Unde & cum nos, eorumdem antecessorum nostrorum vestigia subsequentes, similem florem eo die, in quo constitutum est, nuper in manibus gestaremus, non invenimus, cui tam digne, sicut Excellentiae tuae, florem hujusmodi deberemus offerre, quem & devotione tua Ecclesiam Dei, & nos ipsos, & dignitatis honore cognoscimus praeminere.

Quia vero floribus hujus significanti, tuam Celsitudinem L. B. T. theatr. Vite Human. Tom. 1.

credimus tantò libentius nostra velle expositione cognoscere, quantò te constat corde & opere divinis osequi, & piis actibus ferventiùs inherere; Prudentia regiae serenitatis agnoscit, quod flos iste Christum Regem exprimit ac designat, qui de seipso loquitur dicens: Ego flos campi, & lilium convallium. Aurum namque Regem non immerito dicitur denotare; cum ad hoc designandum à Magis figuratè oblatum fuerit Salvatori; ut per hoc Rex Regum, & Dominus Dominantium monstraretur. Rubor autem, quo aurum coloratum est, & suffusum, passionem significat Redemptoris: de quo utique scriptum legitur: Quis est iste, qui venit de Edon, tinctus vestibus de Bofra? Et iterum: Quare rubrum est indumentum, & vestimenta tua sicut calcantium in torculari? Odor autem hujus floris, resurrectionis ejus gloriam praefigurat: sicut ipse primogenitus mortuorum ex multis fratribus resurgens à mortuis jam non possit mortis vinculis detineri: quia & mortem nostram moriendo destruxit, & vitam resurgendo in immortalitatis gloriam reparavit.

Sanè hujusmodi anfractus & climata omnium scelerum foeditate concreta, tantus odor Dominicae resurrectionis asperfit, ut nulla pars orbis alienam se ab odore isto sentiat, vel expertem: sed omnes se gaudent odore hoc suavissimo spiritalis nequitas in caelestibus jam vicisse. Porro sic ad ipsius Christi resurrectionem figuratè denotandam sanctae illae mulieres ad sepulchrum aromata detulerunt, suavitè redolentium unguentorum, gloriam praefignantes: quae utique terrorem inferis, caelis gaudium, terris intulit sanctitatem. Haec sunt, filii in Christo charissime, quae in flore isto novis figurari: ut tantò acceptior apud te & gratior habeatur, quantò eum, trifaria expositione significatum affectuosius diligere, & sincerius colere didicisti. Pecunias autem & totis affectibus exoptamus, ut ille flos aureus, qui omnes Reges & Principes antecedit: imò per quem Reges regnant, & prudentes describunt justitiam, terrenum tibi regnum diuturno tempore sua ineffabili pietate conservet: & aeternum in illa felici retributione iustorum misericorditer largiarum. Haellenus Alexander.

Profert idem Picardus ex Anonymo Auctore de Urbano V. ista. Praeterea ad ipsam eodem mense Romam venerunt Joanna Regina Siciliae, & Petrus Rex Cypr: tunc occurrit Dominica, Letare Hierusalem, in qua consuevit dari per Papam Rosa aurea viro nobiliori tunc in curia existent: dictam rosam dedit memoratae Joannae tanquam nobiliori & excellentiori (licet vir non esset) praedicto R. gi ipsam praefendo in hoc. Subjungit Picardus etiam sequentia.

Anonymus ad S. Victoris Parisiens. Canonicus florem quadragesimos abhinc annos, in Sermone habito eodem Dominico die: Fulgebunt justi sicut sol in regno patris eorum: sicut sol, dicit: sicut Christus, qui est sol justitiae, qui illuminat tenebras nostras. Hujus fulgoris similitudinem tunc gestabimus, si tamen ipsam Christum, id est, ipsius conformitatem & imaginem in operibus nostris, dum sumus in corpore, gestare voluerimus; quod necessest agere debemus, si ad hebdomadae quartae letitiam desideramus pervenire. In hujus rei figuram hodie Dominus Papa gestat rosam auream, &c.

Effectus, quos Ecclesia petit à Deo in consecratione Rosae, indicat haec benedictionis formula: Deus, cujus verbo & potentia facta sunt omnia, & cujus nutu universa diriguntur; qui es letitia & gaudium omnium fidelium: maiestatem tuam suppliciter exoramus, ut hanc Rosam odore vultusque gratissimam, quam hodie in die in signum spiritualis letitiae gestamus, benedicere & sanctificare tua pietate digneris, ut plebs tibi dicata, ex jugo Babylonicae captivitate educta, per unigeniti filii tui gratiam, qui est gloria & exultatio plebis Israel, illius Hierusalem, quae sursum est, mater nostra, sinceris cordibus gaudium representet: & quia ad honorem nominis tui, Ecclesia tua hoc signo hodie exultat & gaudet, tu ei Domine verum & perfectum gaudium largiaris, & devotionem ejus accipiens, peccata dimittas, sine repleas, indulgentia foveas, misericordia protegas, adversa destruas, prospera cuncta concedas, quatenus per fructum boni operis in odorem unguentorum illius floris transcat, qui de radice Jesse productus, flos campi, & lilium convallium mysticè praedicatur, cum quo in superna gloria cum sanctis omnibus sine fine laetetur.

BENEDICTIO PALMARUM.

Dominica Palmarum benedicuntur in Ecclesia Catholica Palmae, & aliarum arborum rami, vel ramusculi. Neque enim simpliciter necessarium est, ut materia hujus benedictio-